CONCLVSIONES ET EXAMINA

R. MAGISTRI CHRISTOPHORI SYLVESTRANI BRENZONI

Carmelitæ Doctoris Patauini.

In primum librum Institutionum Imperatoris IVSTINIANI.


Ad Illustrissimum, & Reuerendissimum D. D. Franciscum Mantica S. R. E. Cardinalem amplissimum.





FLORENTIAE

APVD GEORGIVM MARESCOTVM. MDXCIX.





ILLVSTRISS.MO AC REVERENDISS.MO
CARDINALI
D. D. FRANCISCO MANTICA
SVO COLENDISSIMO.




CONCLVSIONES, *Et examina (Illuſtriſſime Card.) in primum Inſtitutionum Imperialium Iuris Ciuilis à me Piſis elaborata, ordinata, ac peripateticè probata, in lucemq; edita; Splendidiſſimo Nomini ſuo dedicare, inſcribereq; duxi, ac iudicaui. Ad hoc enim Imperialis Maieſtas me excitat: Sapientia Illuſtriſſimæ ſuæ Dominationis mouet, & gratitudo mea impellit. Nàm, vt in Imperiali Maieſtate legum altitudo apparet: Sic in Illuſtriſſima, & Reuerendiſſima Dominatione ſua ſapientia, legum interpetratio eluceſcit. Ita in gratitudine mea legum finis obſeruari debet. Inſuper, quemadmodum in Maieſtate legibus Imperator dat eſſe: & in ſapientia Illuſtriſſima ſua Dominatio legibus animum vitæ eſſe præſtat: Pariter gratitudo cor meum, in quo, omnis vita. eſſe, viget, Benignitati ſuæ Illuſtriſſimæ, à qua Patauij anno 1566, & 67.*

multa in legibus didicit, offert, ac donat. Sic, hoc ordine, vti in Maiestate Imperiali Justiniani studiosis legum affectio declaratur; & in legum Praclarißimæ Illustrissimæ suæ Dominationis explicatio præmonstratur: Vnde Imperialis veritas omnibus clarescit: Ita mea ex gratitudine Riuus suum in fontem fructus in Radicem: Radices in solem: & seruulus in Dominum redibit. Accipiat igitur animo suo magnanimo: Cum in Illustrißimam Dominationem suam spiritus meus à Deo, Dei, atque cũ Deo, solum ducitur, & dirigitur, Trinitas superexcelsa incolumen seruet: Quam quotidie, & enixè, oro, & obsecro. Datum Florentiæ die 25. Martij 1599.

Illustrissimæ, ac Reuerendißimæ suæ Dominationis
seruus humilis.

Frater Christophorus Syluestranus Carmelita Veronensis Regens.





STVDIOSO LECTORI.

EXAMEN præſens (candide Lector) laborem in fructu: Methodum in actu: Tempus in momento: locum in Demonſtratione: Demonſtrationem in Veritate: & veritatem in claritate (ſi diligentia, curaq; perlegeris) amplectitur, & continet. Diligentia verò pro ſcopo, & fine, examen, examinis, examini, in examine habebit. Addo. ex hoc enim Diuiſio: Diffinitio: Compoſitio: ſubiecti, eſſentiæ, partium, vnioniſque legum, Reſolutio clariſſimè patebit, & eluceſcet. Subinde ex diuiſione legum potentia: ex diffinitione legum natura: ex compoſitione legum armonia: & ex Reſolutione legum certitudo, ac terminus apparebit. Poſtremo ex ijs omnibus, ſimul

Concordiam	Cōcordātiā Doctorū	Concordātia erit penes legum veritatem
Differentiam, &	Differētiā ordinis, &	Differentia penes legum ſitum, &
Vtilitatē hauries	Vtilitatem laboris	Vtilitas penes inuētionem. Hinc

Ex

Ex concordia Intellectus quiescit: ex Differentia voluntas delectatur, & ex vtilitate Mundus gubernatur. Vale.

Idem Syluestranus Brenzonius Regens.



Supradictum librum Magistri Christophori Syluestr. Carmelit. qui inscribitur Conclusiones, & Examina innullo fidei, bonisque moribus repugnare affirmo. Camillus Pandolphuccius Canonicus Florent.

Imprimatur in Ciuitate Florentiæ accedente consensu R. P. Inquisitoris die 31. Martij 1599. Alexander Caccia Archid. & Vic. Florentinus.

Frater Dionisius Constacciarius Inquisitor generalis Florentiæ facultatẽ imprimendi concedit 5. Aprilis 1599.

IN tractatu Institutionum duo tantum assumere, iudicaui, & decreui.

Alterum penes conclusionem.

Alterum penes examen.

Conclusio erit Imperatoris.

Examen veritatis.

Conclusio prudentia radicata est.

Examen ingenio libratum est.

Conclusio mentem in id quod iustum est dirigit.

Examen Intellectum in id quod clarissimum est determinat.

Conclusio, omne tollit dubium.

Examen omne soluit dubium.

Conclusio rationem defendit.

Examen rationem explicat.

Conclusio superuacanea aufert.

Examen mendacia, declarat.

Conclusio Iudices in Republica tuetur.

Examen in foro Aduccatores, & Procuratores temperat.

Conclusio in lege fundamentum habet.

Examen legis fundamentum, rationem esse, explicat.

In conclusione Leges, nec Glossas adducam, Vt Imperialis Legis Maiestas, Maiestatisque Casarea, dignitas omnibus appareat.

In Examine confirmationem, & robur à lege non assumam, cum ratio omnis sit lex.

In Conclusione sedes & Thronus Imperialis elucescit.

In Examine Magistratus, & Sapientum mentis rectitudo, & voluntatis aequitas declarabitur.

In Conclusione finis, litium omnium, est terminus.

In Examine quies, litium omnium finis.

In Conclusione prima. Propono Titulum libri.

In Examine propono tot nominum Imperatori ascriptorum difficultatem.

Accedamus modo ad Titulum pro conclusione.



CONCLVSIO PRIMA:

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI.

IMPERATOR.

Aesar, Flauius, Iustinianus Alemanicus, Gotthicus, Frangicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Africanus, Pius, Fœlix, Inclitus Victor, Ac Triũphator, Semper Augustus,

Cupidæ Legum iuuentuti salutem.

Obseruo singula verba. Dicit in Nomine D. N. I. C. Quoniam omnis Imperialis potestas à Christo est. Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra, dicit ipse. Dicit Imperator, quoniã exercituum absolutum tenet Imperium.

D. Cæsar, propter legitimam successionem.
D. Flauius: per sanguinem.
D. Iustinianus propter parẽtẽ.
D. Alemanicus G. F. G. An. Ala. & Africa. propter victorias.
D. Pius, quia benignus.
D. Felix, quia prospere ei succesit omnia.
D. Inclytus propter splendoris famam.
D. Victor, quia ipse primus in certaminibus erat.
D. Triumphator propter populi singulare gaudium, & applausum.
D. semper Augustus: Quia sẽpiterno honore dignus est.
D. Cupidæ Iuuẽtuti salutem: propter amorem singularem studiosis.

2° Addo.

Dicit in Nomine D. N. I. C.

A Quoniam

Quoniam Iesus est primus Imperator.
D. Imperator, quia legitimus successor.
Cæsar, quia hostes ferit, & cedit.
Flauius, quia pulcher.
Iustinianus, quia iustitiã colit.
Ale. G. F. G. & alia.
Quia non ociosam, Lanceam, sed operosam tenuit.
Pius in milites.
Fœlix in Magnanimitate.
Inclytus in sapientibus.
Victor in Barbaris.
Triumphator in Republica.
Sẽper Augustus in gentibus. et Cupidæ Iu. sa. in corde.

3 Addo.

Dicit in Nomine D.N.I.C. Quoniam sicuti Christus vbique terrarum dominus est: Sic Iustinianus, & Cæsares omnes vbique terrarum sunt ipso iure Imperatores. Idcirco Turca non est Imperator, sed vsurpator.
Non est in nomine Christi, sed in nomine Diaboli.
Non est Cæsar: sed est Cedar.
Non Flauius, sed flammeus.
Non Iustinianus, sed Neronianus.
Non pius, sed impius.
Non fœlix, sed Infernus.
Non inclytus, sed infimus.
Non Victor, sed Vector.
Nõ Triumphator: sed prophanator.
Non Augustus: sed Angustus.
Non salutẽ iuuentuti: sed dissolutionem, omnibus optat.

4 Addo.

D. In Nomine D.N.I.C.
Quoniam sicuti Christus Diuinus, & humanus Imperator Crucis Gladio.

Carnem, Mundum, Peccatum, Mortem, et Dæmonium. — *Debellauit, Vicit, Profligauit, Deleuit, & Destruxit.*

Sic Imperator humanus Diuini Imperij dextrum tenens brachium, Ecclesiæ:
Rebelles,
Scismaticos,
Hostes,
Hæreticos, ac
Infideles,

Gladio

Gladio forti, & potente, debellare: superare: vincere: Domare: sternere: & ad pernitiem, deijcere, iure debet: Alioquin Coronam deponere debet. Nam ab Ecclesia: In Ecclesia: Ecclesiæ: Et ad Ecclesiam Christi Sponsam, Imperialis Maiestas oculum dirigit.

Hæc pro Tituli Cõclusione. Accedamus modo ad examen.

EXAMEN.

In quo probatur quòd Imperatori tot nomina non conueniant.

ARG. I.

VNius rei, vnum est nomen: Imperator est vna res personalis. Igitur nomen erit vnũ. Minor vera. Maiorem probo.

Nomen est correlatiuum ad rem, & personam nominatam. Ideo si relatiuum vnum, & correlatiuum erit vnum.

R. quod nomen esse vnum Stat dupliciter.

Vel quo ad suppositũ, & hoc modo currit argum. Vel quo ad dominium, & hoc modo non debet esse vnum, sed plura cũ ad plura se extendat.

2. Contra.

Iurisdictio est vna sola potestas: quoniam ab vno solo Deo: Igitur & dominium erit vnum solum. Igitur & nomen.

R. quòd in dominio respectus est duplex.

Alter respicit Imperium dominij, & hac via est solum vnum dominium, & nomen vnum, vt dicit argum. Alter respicit Ciuitates: Prouintias: & loca dominij: & cum ista sint plura, & diuersa: sic nomina plura, & varia sortitur. Et hac via non currit ratio.

3 Contra quòd non propter loca. Illud

Quod de sui conditione essentiali est immultiplicabile non potest per aliud plurificari: At dominiũ de sui conditione est huiusmodi ergo. Maior vera. Quoniã ens non potest naturaliter suos trãsire fines: Minor patet, quoniam dominium habet rationẽ formæ, & forma est immultiplicabilis.

R. Formam esse immultiplicabilem stat dupliciter.

Vel quo ad substantiam, & hoc modo, nec dominiũ multiplicatur, vt dicit arg. Vel quo ad gradus, & hoc modo, formæ qualitatis multiplicantur: Patet de forma

 ignis,

ignis,& caloris,& hoc modo forma dominij multiplicatur, quo ad Gradus diuersarum nationum,& etiam nomina.

4 Contra. Quod nõ quo ad gradus possint mult p cari noĩa.

Gradus non variant speciem essentiæ. Igitur nec noĩa variabunt: Quoniam nomen est à specie,& non à gradibus. Nam licet in niue sint infiniti gradus cãdoris tamen non dicitur alba ab illis gradibus, sed à forma, & essentia sua, sic de dominio erit.

R. quòd Gradus variare essentiam stat dupliciter.

Vel quo ad naturam essentiæ: Vel quo ad perfectionem, & dignitatem. Si considerentur primo modo dico, quòd gradus nullo modo variãt naturam essentiæ: sed remanet eadem natura Albi & calidi:& hoc modo currit ratio: Si vero considerentur gradus quò ad dignitatem,& nobilitatem: dico ꝙ variant. Nam est nobilius ens calidũ, vt decẽ, quã vt octo, vel sex,& quatuor. Sic dominiũ variatur ex multis gradibus, & iurisdictione ciuitatum,& locorum, & per consequens variantur nomina,& hoc modo arg. nullum.

5 Contra.

Illud quod vnit naturã, & gradus rei, non variat nomen illius. At Ciuitates,& loca vniunt naturam,& gradus rerũ omniũ. ergo. Maior vera. Minorem probo. Loca conseruant res: vt patet ex experientia: At conseruare, est vnire. Igitur vbi naturæ vnio,& singularitas, ibi erit nomen vnũ.

R. quòd locus est duplex.

Alter Physicus. Et de hoc valet ratio quòd conseruat quia influit in rerũ essentias, ex qua influentia manet natura, & essentia rerũ vnita: Alter verò dicitur esse locus polyticus,& iste nõ solum vnit res, sed etiam variat nomina rerum. Et hoc modo nõ currit arg. Politica est Respu. Vbi Senatores. Ma. Dignitates. sic in sedibus,& locis diuersitas. Nam altiorẽ occupat Princeps supra senatores, & sic in alijs.

6 Contra quòd non possit quo ad locum.

Illud variatur quo ad nomẽ, quod mutatur quò ad naturã: At Natura dominij mutari non potest quo ad essentiam respectu loci: quoniam locus est quid extrinsecum dominio. Patet maior. Nam aqua quando trãsit in aerem mutat nomẽ: Minor patet. Quoniam Imperator nõ solum dum totum mundum possidet, sed etiam quando partem tantũ tenet, Imperator dicitur. ergo.

R. quòd variari est dupliciter.

Vel intensiuè, }
Vel extensiuè. }

Non

Non variatur Imperium intẽſiuè: quoniam habet ſemper eandem vim: Variatur tamen extenſiuè: Quoniam ad plura regna ſe extendit.

Hæc de examine.

CONCLVSIO II.

Imperialis Maieſtas.
Armis, et Legibus indiget.
Nam Imperator.
Armis potentiam oſtendit.
Legibus ſapientiã demõſtrat.
Armis timorem incutit.
Legibus amorem declarat.
Armis vim legibus præbet.
Legibus armis modũ tribuit.
Armis Hoſtes fugit.
Legibus ciues firmat.
Armis malos punit:
Legibus rite punit.
Armis, vitia delet:
Legibus, virtutes auget.
Armis, milites, nobiles creat:
Legib. Nobiles æquites facit.
Armis, diuitiarum, honoris, & vitæ, bona tuetur.
Legibus, diuitias, honores, et vitæ coronas, melioribus donat.
Armis, Duces ordinat.
Legibus Magiſtratus erigit.
Armis, ciuitates ſunt fortiſsimæ:
Legibus Ciuitates ſunt iuſtiſſimæ.
Armis denique pacẽ acquirit:
& Legibus pacẽ conſeruat.
Hæc de probatione conclusionis.

EXAMEN II.

In quo probatur quòd Imperator non indigeat Legibus.

ARG. I.

BELLVM omnem aufert Legem: At Imperator eſt caput belli. Igitur. Legibus non indiget. Minor vera. Maior, prob. In bello committuntur omnia mala.

Blaſphemiæ,
Furti,
Adulterij,
Fornicationis,
Sacrilegij, &
Homicidij.

At iſta leges omnes auferũt. ergo.

R. quòd lex dupliciter ſumitur.

Vel pro miſericordia,
Vel pro rigore.

Si ſumatur pro miſericordia, dico quòd

quòd aufert istam legem, cũ isti sint hostes, & impij, & hoc modo arg. currit: Si autem lex sumatur pro rigore, qui est vltimum Legis.

Dico quòd Imperator legem seruat, & hoc modo est legibus armatus, quibus punit rebelles.

2. Contra ꝗ non sit lex rigoris.

Rigor punit criminosos, & nocentes, non autem simplices, & Innocentes: At Imperator in bello spoliat, & occidit non solum criminosos, & rebelles, sed bonos, & nocẽtes. Vt patet de mulieribus, & pueris. Igitur nõ habet Rigoris Legem.

R. quòd Innocentia est duplex.

Altera actualis,
Altera voluntaria,

Concedimus in multis mulieribus esse innocentiam actualem, quoniam de facto non pugnant cõtra Imperatorem, sic de pueris dico: Tamen quo ad voluntatẽ pugnant, & decertãt armis odij, & maleuolentiæ, & propter hoc rigore legis puniuntur ab Imperatore.

3. Contra.

Rigor legis sæuere culpam punit, sed non committit culpam: At in bello tot sunt culpæ. Tot sacrilegia.

Maior patet. Quoniam lex est sanctio sancta: Iubens honesta, prohibens contraria ff. de legibus. ergo non est lex rigoris.

R. quòd in bello cõmittuntur mala non per se, quoniam Imperator non intendit malum, sed bonum pacis: sed per accidens cõmittuntur. Quoniam dum vult ingredi ciuitatem ruit menia: Diruit domos, occidit contumaces, & similia.

4 Contra, quòd per se intendat malum in bello.

Malum sequitur operationem, operatio sequitur libertatem, libertas voluntatem, voluntas intellectum, & intellectus sequitur cognitionem mali in bello: ergo vult per se malum.

Patet, quia per se vult bellum. Et bellum non potest esse sine malis istis.

R. quòd velle malum per se stat dupliciter.

Vel primarium,
Vel secundarium.

Dico quòd Imperator vult malum damni, non primario sed secundario. Exemplum. Chyrurgus vult per se scindere inflationẽ, & membrũ abscindere, sed non primario, quoniam primarium in mente sua dicitur esse sanitas corporis. sic Imperator uult lapsum meniorum, casum Arcis, & ruinam turrium, vt posit ingressum habere: tamen non est primariũ. Nam si posset ingredi sine his, omnia seruasset.

C. 5. Quòd malum sit primariũ.
Illud dicitur primarium in aliquo genere, quod opponitur primo illius generis: Sed malũ in bello ab Imperatore commissum, opponitur Legi naturæ, quæ est prima omnium legum, cum sit à Deo immediate homini data. ergo. Patet in genere calidorũ, & frigidorum: Aqua, & ignis sunt primaria, quia primo modo, & maximè opponuntur. sic album, & nigrum: Minorẽ probo. Lex naturæ dicit. Alteri ne facias, quod tibi fieri non vis.
Igitur si Imperator occupat Prouĩtias: comburit ciuitates, & alia similia, procedit contra Legem naturæ. Nam nollet vt talia suæ Coronæ, alij facerent. ergo.
R. quòd lex naturę intelligit de bono, & non de malo. Sicuti volo mihi bonum ab alijs: sic volo ego alijs illud bonum. Et sicut nolo mihi malũ ab alijs, sic nec ego alijs malum facere debeo.
Modo respondeo.
In bello Imperator non facit malũ, sed resistit, & castigat malos.
6. Contra.
Illud facit malum non solum damni, sed etiam culpæ, quod repugnat Legi euangelicæ: At Imperator percutiendo Ciuitates, & Prouintias committit malũ culpæ. Nam dicit Euang. Si percusserit te in vna maxilla, prębe, & illi alterã. 2. Ibant Apostoli gaudentes à conspectu Concilij quoniam di. ha. sunt pro No. Iesu contumelias pati. Igitur.
R. quòd dictum Domini multos habet fines. Nam

Vel respicit amorem,
Vel fidem,
Vel confusionem,
Vel meritum,
Vel culpam.

Si respicit amorem Christi. Fidem Ecclesiæ: Confusionem Tyranni, & Meritum patientis: dico quòd propter amorem domini: Tuitionem fidei Cristianæ, confusionem Tyrãni, & meritum: Ille debet pati percussionem in maxilla utraque promptoque spiritu offerre corpus in sacrificium, & hostiam: Tamen si consideremus culpam percutientis, non solum non debemus præbere illi alteram maxillam, sed debemus obuiare.

Vel fugiendo,
Vel resistendo,
Vel castigando,

Modo Imperator Euangelicæ doctrinæ non solum nõ repugnat, sed tuetur, quia malo resistit, & malos castigat, punit, & occidit. Dicente Domino: Maleficos nõ patiaris viuere super terram, & sic stabilis: immobilisq; manet cõclusio. Quod Imperator non solum armis debet esse decoratus,

tus, sed etiam legibus debet esse armatus.

Idcirco victorias non sibi, sed numini cœlesti ascribit: Quoniam à numine Numini, ad Numen bellum cœpit.

Hæc de examine.

CONCL. III.

Doctores Legum Magnifici, & Illustres ab Imperatore dicuntur.

Vt patet de Treboniano, Teophilo, & Doroteo.

MVltas habet cõclusio probationes, ex quibus precipuas tantummodo (breuitatis causa) assumere decreui. Nam Imperator, Iure Consultos vocauit Magnificos, & Illustres propter eorum excellentiam, et splẽdorem. Ecce veritas, & dignitas.

1 Sunt Magnifici quoniã ex familia nobili orti sunt.
Illustres, quoniam in ciuitate, & prouintia sunt clari.
2 Magnifici, quoniã Institutionum librum cõposuerunt.
Illustres, quoniam nõ fabulas, sed rationes, & argumẽta susceperunt.
3 Magnifici quoniam vigilijs, sudoribusq; multis compilauerunt.
Illustres quoniam fidelißimè, & cãdidißime omnia scripserunt.
4 Magnifici quoniam Iuuenibus Legum adiscendi facilitatem inuenerunt.
Illustres quoniam legibus obscuris, & perplexis claritatem, & splendorẽ dederũt.
5 Magnifici, quoniam Institutionum Tractatus magnarũ rerũ, speculationẽ habet.
Illustres quoniam dubia ferè omnia è medio abstulerunt.
6 Magnifici quoniam Imperator omnis auaritiæ inimicos esse declarat.
Illustres quoniam Imperator, Iure consultos veritatem, veritati, in veritate, et ad veritatem Leges solum defendere.
7 Magnifici quoniam Imperator

rator deſcribit Iureconſultorũ voluntatem in Intellectu: Intellectum in Animo, & Animum in Magnanimitate, ſedere.

Illuſtres quoniam opera: conſilia, Iuditia, & ſententiæ, debent vt ſtellæ ſplẽdeſcere.

8 *Magnifici. Vt populus Iuriſperitorum, ſciat Dignitatem, & nomen.*

Illuſtres, vt Ciues, & gentes Iuris prudẽtiæ, Iure cedere adiſcant.

9 *Magnifici, vt omnes, illos venerentur. Nobiles venerari decet. Nobilitas pendet ex*

Virtutibus
Armis,
Sapientia,
Gradu,
Ordine, &
Dignitate.

Igitur cum in iſtis tot radiorũ fulgores ſplendeãt eos venerari oportet.

Illuſtres, vt Principes, & Reges illos non dedignentur cũ ab Imperatore Principum orinium capite, illos tanto coronet honore. Nam omnium Regnorum, negotijs in maximis, Ius, dicere habẽt. Igitur.

Hæc de Concluſione.

EXAMEN.

In quo probatur quòd Iureconſulti non merentur nomen Magnifici nec Illuſtris.

Illud non poteſt aſcribi ſingulari perſonæ quod eſt commune alijs perſonis: At nomen Magnificus, & Illuſtris eſt cõmune

Comitibus,
Ducibus, Equitibus
Nobilibus, &
Mercatoribus.

Igitur non debet Imperator ſolum Iuris peritiæ aſcribere, Vtraque propoſitio eſt clara. Nam communia ad ſingularia non reſtringuntur.

R. quòd commune dupliciter ſumitur.

Vel ſub ſola ratione communis, & ſic valet ratio, vel ſub diuerſis rationibus, & hoc modo non currit argũm. Quoniam alia, & alia ratione conuenit Epiſcopis, Alia Comitibus, & alia Iuriſconſul-

fultis. Nam Mercatores sunt Magnifici quia magnos sumptus facere possunt in ædificijs, Hortis, Ludis, ornamentis, & conuiuijs, propter diuitias multas, sed non sunt illustres, quoniam diuitiæ sunt minima bona. Et terra posidet.

Nobiles sunt Magnifici, quia claro ex sanguine originem duxerunt, sed non sunt Illustres, quoniam caro, & sanguis sunt minora bona.

Aequites, & Duces sunt Magnifici, & Illustres, quoniam cum sanguine nobili, habent, cum hostibus victorias, & cum amicis triũphum: Quæ inter bona sedem magnam obtinent.

Comites sunt Magnifici, & Illustres, quoniam non solum originem ex trunco nobili ducũt, verumetiam quoniam ius, & dominium in pagis, villis, oppidis, & ciuitatibus, tenẽt quod a prudentibus, maius bonum dicitur.

Sic Iureconsulti dicuntur Magnifici, & Illustres, quia cum sanguinis nobilitate illustrem, claram, splendidamque Animam reddidere scientia, prudẽtia, iuditiũ, & iustitia, & hac via diuersa, Magnifici, & Illustres distincti sunt ab alijs.

2 Contra, quòd non propter scientiam, vel iustitiam, vel labores Nam Mercatores.

Nobiles, Aequites, & Comites, } debent esse scientes, iusti, & laborare, alioquin punirentur ab Imperatore, & non possent statum, Gradum, & Dignitatem conseruare. Igitur a Iurisperitis non erunt distincti.

R. quòd iustitia, scientia, & labor est duplex.

Alter particularis, & hoc modo Mercatores, & alij dicuntur. Iusti, scientes, & laborantes, vt dicit arg. Alter labor est vniuersalis, & hoc modo Iurisconsulti sunt iusti scientes, & laborãtes. Nam magis sibi ipsis quàm Reipublicæ attendunt: Iurisperiti vero, magis Reip. quàm ipsis operam nauant. Et hoc modo differunt.

3 Mercatores, & Aequites Duces quòd magis Reipublicę proficiunt.

Ciuitas sine legibus viuere potest: Tamen sine prouidentia mercatorum, & sine defensione Aequitum, & Ducum viuere non valet. ergo magis proficiunt. Nam mercator dat cibum corporis, & Duces conseruant corpus ergo.

R. quòd conseruare est dupliciter.

Vel quo ad factum, }
Vel quo ad modum, }

Primo modo Mercatores, & Duces conseruant vitam, vt dicit arg. Secũdo modo iurisperiti.

Et

Et modus iste præxcellit factū mercatorum,& Ducum.

Quoniam dirigens,directū antecellit. Iurisconsulti sunt dirigentes: Alij directi.

4 Contra, quòd iurisperiti non dirigant.

Dirigens simul est cum directo, vt patet de Pœdagogo, Auriga, Nauta, & regula. At mercatores sunt separati a Iurecósultis. ergo non diriguntur.

R. Licet iurisperiti sint personaliter seiuncti a mercatoribus, & Aequi. personaliter. Tamen virtualiter sunt vniti, & sic dirigunt.

5 Contra, quòd non virtus. Virtus est proprietas cuiuscunque rei: At proprietas est quæ vni, soli,& semper. Igitur non eiunt cum alijs.

R. Quòd virtus dupliciter considerari potest.

Vel pro cōditione singulari, & proprietate subiecto, & sic soli conuenit. Vt trahere ferrū soli Magneti, & hoc modo currit arg.

Vel sumitur pro rectitudine, & integritate actionū, & hoc modo iurisperiti sunt dirigētes virtualiter: quoniā rectificant Aequites, & mercatores. Vt illi bellum iustum suscipiant,& isti emendo,& vendendo, proximis non decipiant.

6 Contra.

Integritas,& rectitudo dicitur esse incorruptio, & innocentia: At Legislatorum,& Iureconsultorum multi sunt iniusti, nocētes, & auari. igitur non possunt dirigere alios. Omnia clarissima.

R. Quòd iurisperitus dupliciter considerari potest.

Vel vt homo }
Vel vt Peritus. }

Si consideretur, vt homo nulli dubium est, quòd multa iniusta, & mala committit cū subiectus sit irascibili,& concupiscibili,& hoc modo arg. militat. Si uero consideretur, ut Peritus, dico quòd nullo modo peccat, nec errare potest. Et hoc modo dirigit Aequites, ordinat mercatores, conseruat pacem, excellit ciues,& Magnificus, & illustris iure ab Imperatore uocatur.

Hæc de examine.

CONCL. IIII.

Iustitia est constans, & perpetua voluntas, ius suum vnicuique tribuens.

IN hac conclusione sunt quinque prædicata, scilicet.

Justitia est

Voluntas, Constas, Perpetua, Ius suum Unicuique tribuens.	Quæ oĩa sunt necessaria pro vera iustitia. Et facile probari potest.

Nam dicit Imperator quòd iustitia est

Voluntas, quoniam iudex voluntarie, & non coacte iudicare debet.

Constans, quia iudex debet esse stabilis, in proposito.

Perpetua, quia immutabilis esse debet in sententia.

Ius suũ, quo ad dominiũ rerũ.

Vnicuique, quia acceptionem personarum fugit.

2. Dicitur

Voluntas, quia in Imperio dominij sceptrum habet.

Constans, quia repugnando iniusto, iustum defendit.

Perpetua, quia immortalitatẽ inspicit.

Ius suum, quia mũdus omnibus communis est.

Vnicuique, quoniam in vita humana (licet non in dignitate omnes æquales sumus.

3. Dicit Iustitia.

Voluntas: quoniam vti in potentijs animæ Voluntas est Regina: sic in virtutibus Iustitia erit Domina.

Constans: quoniam sicuti constãtia ædificiorum omniũ est basis: Sic actionum oĩum fundamentum erit iustitia.

Perpetua: quoniam ex iustitia pax possidetur sẽpiterna.

Ius suum. quoniam in iustitia potestas, & libertas, apparet.

Vnicuique. quoniam vnusquisque illi se commendat.

4. Dicitur Iustitia.

Volũtas, quoniam Imperator Magistratus vult, prõpte ad Tribunal ascendere.

Constans. Quia patienter populum audire debent.

Perpetua. Quia semper debẽt esse parati.

Ius suum, quia recta intẽtione actu, & facto, & non promissione, exercere debet.

Vnicuique, quoniam vniuersalis cũ sit, vniuersis, vniuersaliterq; reddere debet.

5. Di-

5. Dicit Iustitia Voluntas: Constans: Perpetua. Ius suum, vnicuique reddens: vt Iustitiam, iustitiæ assimilet. Vt Iustitiam humanam diuinæ assimilet.

Nam si Deus vt

Iustitia est
Voluntas,
Constans,
Perpetua,
Ius suum
Vnicuique reddens.

Est iustitia, quoniam omnibus præmium.
Voluntas. quoniam sponte omnia diligit.
Constans, quia omnipotens.
Perpetua. Quia eternus.
Ius suum. Quia rectus.
Vnicuique Quia oĩbus pater.

Pari modo, Legis Doctor debet animo

Libentissimo,
Potentissimo,
Eterno,
Recto, &
Paterno,

Gentibus iustitiam reddere. Quia hoc ordine humana diuinis, & terrena cælestibus respondebunt.

Hæc de conclusione.

EXAMEN 4.

Vbi probatur, quòd iustitia non sit voluntas.

ARG. I.

VOluntas est substantia quoniã est facultas animæ. Igitur non erit iustitia, qm̃ iustitia est accidẽs. Patet. Est qualitas ergo.

R. quòd voluntas est duplex.

Vel vt dicit esẽtiam animæ, & hoc modo non est iustitia, vt inquit arg. Vel vt dicit affectionẽ voluntatis, & hoc modo est iustitia, vt dicit conclusio.

2 Contra.

Iustitia habet pro obiecto. Verum: ergo. nõ erit voluntatis affectio. Antecedens patet

Iustitia agit secundum allegata, & probata vera: cõseq. patet. Quoniam verum est obiectum intellectus, vt dicit Philos. 6. Metaphy. t. com. 8.

R. quòd iustitia dupliciter consideratur.

Vel quo ad actum
Vel quo ad executionem

Si consideretur primo modo quo ad actum, in quo vnicuique red

ditus

ditur, quod suum est sic dicitur esse dispositio, & habitus intellectus, qui cognoscit veritatē facti, vt dicit arg. Si autem consideretur quo ad executionem, dicimus esse affectionem volūtatis, qua amat iustitiā, & amādo prōpte ad iuditium currit.

3. Contra.

Illud non indiget alio ad sui finis executionem quod per se est sufficientissimum. At iustitia, vt habitus intellectus est sufficientissimus ad finē suum exequēdū ꝗ est dare vnicuique, quod suum est. Igitur voluntatis affectione non indiget. Probo minorem. Nam habitus est qualitas perficiens subiectum, & reddens promptū ad opus suum. ergo.

R. Valere quando non est impeditus ab odio: Ideo indiget affectione, vt omne tollat impedimentum.

R. Quod licet sit sufficiens habitus ad opus suum: Tamen maiori velocitate terminat quādo concurrit amor. Rota ꝑ se currit, tamen velociori cursu quando oleo perungitur.

4. Contra.

Obiectum quod per se mouet potentiam, non indiget alio extrinseco: At veritas iustitiæ ꝑ se mouet intellectum. Igitur non indiget extrinseco affectu. Maior est vera. Nam quod per se mouet potentiam, mouet immediate: Vt patet de colore respectu visus: Si immediate. Igitur non alio. Quod immediate patet. Quoniam relatiua sunt, obiectū & potētia, & relatiua sūt simul.

R. quòd non datur medium constitutiuum inter Relatiua: Datur tamen medium dispositiuum. Idcirco affectio, & amor iudicis non facit iustitiā, sed intellectus facit iustitiam dans suum omnibus: Tamen affectio, & amor iustitiæ in voluntate, est medium disponens, & inflammans iudicem facere hodie, & nō annum expectare, vt multi, qui carceratos, & vexatos tarditate, desperant.

5 Contra quòd non disponat affectio.

Aut disponit ante cognitionem intellectus: Aut post cognitionē. Non disponit ante cognitionem: quoniam incognita, non diligimus, inquit Aug. & Philo. 12. Diui. tex. com. 39. Non disponit post intellectionem, quoniā voluntas nil dat intellectui: Tum quia sequitur intellectū: Tum quia pendet ab intellectu dicente Auerroe 12. Diui. com. 36. Voluntas est propter intellectū.

R. quòd non disponit voluntas intellectum quo ad productionē: Disponit tamen quo ad dominium. Quoniam voluntas dominatur,

natur, & præcipit amoris causa, vt iustitiã faciat. Et hoc modo arg. nullum.

6 Contra. Cæcus videnti nõ præcipit, voluntas cæca. Igitur.

R. Non præcipit vt cæca, sed vt illuminata.

Patet de Rege illuminato a Philosopho, & de Imperatore illustrato a sapientissimis, & Illustribus Iureconsultis, quibus amore iustitiæ præcepit ordinare Leges, & Decreta. Et hoc modo cõclusio vera. Id Deus sapientia primo modo dicit. Diligite iustitiã qui iudicatis terram.

Hæc de examine.

CONCL. V.

Iuris Prudentia est diuinarũ, atque humanarũ notitia: Iusti, atque iniusti sciẽtia.

Probatio talis erit.

Imperator: Rex Magistratus, & Iudex debet habere.

Justitiam,
Fortitudinem,
Temperantiam,
Notitiam,
Scientiam, &
Prudentiam.

Justitiam pro fine.
Fortitudinem, pro impedimẽtis iustitiæ.
Temperantiam pro æquitate, & pietate in iustitia.
Notitiam pro veritate.
Scientiam, in conscientia pro testium cõfirmatione. Et Prudentiam pro iustitiæ circunstantijs.

Totum Imperator dixit sub iustitiæ descriptione, dũ ĩquit.

Justitia est Voluntas.
Constans, & perpetua.
Ius suum vnicuique tribuens.
Nam iustitia dat finem.
Voluntas, pietatem,
Constans, fortitudinem,
Perpetua temperantiam
Ius suum notitiam,
Vnicuique scientiam: &
Tribuens, prudentiam.

Addo.

Obiectum Imperatoris est
Justitia.
Obiectum iustitiæ, est ius suũ vnicuique reddere.
Obiectum Iuris, est res diuina, & humana.

Obiectum rei diuinæ, & humanæ, est iustos ab iniustis tueri.
Obiectum tuitionis iustorũ ab iniustis est in notitia clara.
Obiectum notitiæ claræ, est in scientia testium.
Obiectum clarissimæ sciẽtiæ, est in manifestatione loci, temporis: facti: modi, & causæ.
At omnia hæc in Prudentia apparent. Idcirco rectè Imperator, vocauit illam diuinarum, & humanarum notitiam, & iusti, atque iniusti scientiam.
Hinc sapientes dicunt
In iuris prudentia esse
Intellectum,
Rationem,
Circumspectionem,
Prouidentiam,
Docilitatem, &
Cautionem.
Intellectum virtutis, et vitij.
Rationem, qua scit, quid faciendum, & non faciendum.
Circunspectionẽ: qua obseruat tempus, modum, & locum.
Prouidentiam, qua omnia præparat, & disponit.
Docilitatem, qua omnia omnibus facillime ostendit.
Cautionem, qua obseruat ne quid mali accidat. Et vtcũ Vulpi.l.ita §.Iulianus ff.de administr. tut. concludam. Dicitur esse securitas rei, promissi, & pudoris.

Hæc de conclusione.

EXAMEN.

In quo probatur quòd prudentia nõ sit notitia, nec scientia.

ARG. I.

PHilos.6.Eth.c.4. Distinguit scientiam à prudentia. Igitur nõ potest Imperator vocare illam notitiam, & scientiam. Probo consequens. Distinctio est a differentia: Differẽtia, vel opponitur a distincto, uel est diuersa, vt patet de nigro, & albo.

R. Quod scientia est duplex.
Altera speculatiua,
Altera practica.

Prudentia non est scientia speculatiua, vt dicit Philos. est tamen scientia practica, ut inquit Imperator.

2. Contra, quòd non sit pract. Scia practica habet pro fine opus: At

At iuris prudentia non habet opus proprium. ergo. Maior est clarißima. Nam praxis dicit opus. Minorem probat Imperator dum inquit. Iuris prudentiam esse diuinarum, & humanarum notitiam: At non producit nec humana, nec diuina. Igitur.

R. quòd producere est dupliciter.
Vel constituendo,
Vel ordinando: & } diuidendo. Modo dico quòd iuris prudentia non constituit res diuinas quæ sunt a seipsis, nec res humanas quæ sunt a diuinis: Tamen diuidit,& diuidẽdo ordinat: Nam diuidit iusta ab iniustis, & bonos a malis. Et hoc modo argumentum nullũ.

3. Contra.

Si iuris prudẽtia diuideret diuina, à nõ diuinis,& iusta ab iniustis, sequeretur quòd produceret diuina, & humana, hoc absurdũ. Igitur.

Patet. Nam corporeum dum diuidit substantiam a substantia cõstituit substantiam corpoream. ergo si diuidit iuris prudẽtia,cõstituit.

R. quòd dictum ualet in substantialibus non in accidentalibus: Vt patet de animato. Nam diuidit a lapide corpus,& cõnstituit plantam.

4 Contra, quòd in accidẽtalibus ualeat.

Nam omnis color est accidẽs, quoniam est qualitas,& tamen dum diuidit colorem a colore constituit coloris speciem. Nam dico. Colorum, Alius Albus: Alius niger: Alius purpureus: simul diuidendo constituo speciem & specie diuersam.

R. quòd ualet in accidentibus naturalibus, non autem in moralibus. Nã uirtutes morales non constituunt Imperatorem, nec Magistratus,cum sint per se subsistentes: Nec prudentia constituit iustum,uel iniustũ,sed solũ distinguit iustum ab iniusto, & distinguendo ordinat,& ordinando unicuique quod suum est tribuit.

5. Contra,quòd constituat.

Illud cõstituit aliquid,quod denominat illud: Igitur iurisprudentia Imperatorẽ, & Magistratus constituit in esse prudẽtiæ,quoniam denominat illos. Nam dicimus Imperatorẽ, & Regẽ prudẽtes.Igitur sicut dicimus cignũ album,quoniam illum cõstituit albedo, sic dicere poßumus de prudentia.

R. quòd denominatio non est per se, & intrinsecè,sed per accidẽs, & extrinsecè. Et ista non constituit sic prudentia est extrinseca denominatio.

6. Contra, quòd intrinsecè denominet.

nominet.

Anima est intrinseca Imperatori, cum sit forma, actus, & endelenchia corporis: At prudentia est in anima quoniam est habitus animæ. Igitur si intrinsecè denominat, & constituit.

R. quòd intrinsecum est duplex.

Alterum dicit causam.

Alterum habitum.

Intrinsecum, ut causa constituit subiectum. Hoc modo anima cõstituit Plantam, Animal, & hominem, sic elementa constituunt mista, & hoc modo argumẽtum ualet. Alterum intrinsecũ dicit habitum Intellectus: Vt Scientia, Ars, Sapientia, Virtutes Theologales, Morales, & Polyticæ, & istud non constituit, sed solum qualificat, & qualificando disponit, & disponendo prõptum, & expeditum facit Imperatorem ad humana in humanis, cum humanis ad diuina diuinis, & pro diuinis. & hac uia argumentum nullum est.

Hæc de examine. In quo habes conclusionem conclusionum, quòd iuris prudẽtia: Est rerum expetendarum, fugiendarumq; scientia.

2 Quod est scientia unita facto, uti Medicina.

3 Prudentia iuris non solũ præsentia cõsiderat, sed præterita rememorat, & futura prospicit.

CONCL. VI.

Dicit Imperator. A simplicioribus, & leuioribus incohandum esse in Institutionibus Legum.

Probatio.

IN omnibus sequi debemus.

Naturam naturantem.

Naturam naturatam,

Artem, & experiẽtiam: At omnia ista à simplicioribus, & leuioribus incipiunt.

Igitur.

Nam Deus natura naturans in creatione mundi incepit a luce quæ est simplicissima, & leuissima.

Christus dicit legem simplicẽ, & leuem, loquens de Euãgelio. Iugum enim meũ suaue est, & onus meum leue.

2 *In Natura naturata apparet. Nam simplicia sunt causa mixtorum, & compositorum. Materia & elementa quæ sunt causæ simplices sunt principia omnium cõpositorum. ergo a simpl.*

Idem

3 *Idem in Arte. Nam Grammatica incipit a literis, & tendit ad orationes: Logica a terminis Generalibus, & tendit ad orationes, & syllogismos.*

Faber muranus a lapidibus, cementis, & lignis, & tendit ad Machinam.

Igitur ratione optima in legum disciplina a simplicioribus, & leuioribus incohandum venit.

Secundo modo Difficilia, & Grauia.

Terrent, Diffidunt, Abhorrent, Remouent, & Fugiunt } *Iuuenes a studijs Nam*

Terrent animum,
Diffidunt intellectum,
Abhorrent mentem,
Remouent voluntatem, i. retro cedunt, &
Fugiunt spiritum.

Addo.

Terrent, propter magnitudinē,
Diffidūt propter multitudinē,
Abhorrent propter vigilias,
Remouent, propter labores, &
Fugiunt propter obscuritates.

Addo.

Syluester, & alij, vt Aretinus duas has voces explicando dicunt.

A simplicioribus. Notant sententias. Nam multitudo parit cognitionem.

Simplicitas dat cognitionē inquit Auerrois 5. Colliget. cap. 58. Et animus rudis multitudine onerari nō debet.

A leuioribus. Primo modo dicunt à facilioribus verbis. Secūdo modo dicunt a leuioribus. i. a Generalibus ad specialia. Cum his concordant Aristoteles: Auerrois, & omnes Philosophi. Nam dicunt quod propter tria a Generalibus, & Communibus debemus in scientijs auspicari.

Prima causa est, quoniā generalia, & cōmunia sunt magis nota. Et hoc apparet 1. Phisi. t. com. 4. & 57.

Secunda causa est, ne fiat in sci

entia repetitio. De hoc Philos.in 1. de partibus animalium.

Tertia, vt demonstrationes incipiant a causis primis, & proprijs. De hac Aristot. 1. Poste. cap. de vniuersali. Ideo Imperator incepit à methodo diffinitiuo in explicatione iustitiæ, & iuris prudentiæ, Et diffinitio omnis est Generalis, & cõmunis. Hinc Imperator quod dicit obseruare videtur dũ inquit.

Iuris præcepta sunt.

Honeste viuere, Alterum non lædere, Ius suum vnicuique tribuere. } Nam ista sunt.

Simplicia, Leuia, & Facilia.

Simplicia, quoniam nullam dubitationem habent.

Leuia, quia naturalia sunt, & facilia, quia tria tantum sunt.

Simplicia in essentia, Leuia in pondere, & Facilia in opere.

Simplicia in intellectu: Leuia in mente, & Facilia in voluntate.

Simplicia, quia pura, & candida sunt.

Leuia, quia amabilia sunt, & quod vnusquisque amat, et si difficile est, leuissimũ existimat. &

Facilia: quoniam vnusquisq; honorem quærit: Pacẽ desiderat, & libertatem defendit.

Hæc de probatione.

EXAMEN.

In quo probatur quòd à difficilioribus auspicandum est.

ARG. 1.

Ab illis medijs in assequẽda aliqua re, vel aliquib. assequẽdis, non est auspicandum, media quæ deridentur contemnũtur, & paruipenduntur. Ergo a facilioribus incohandũ non est: quoniam sunt contempta. Parit. Nimia familiaritas contemptum parit.

R. ꝙ facile, & leue est dupliciter.

Alterum inutile, Alterum utile, }

In vtile contemnitur.

Vtile vero, vt sunt præcepta prima de honore pace,& iure:non cõtemnuntur. Nam sunt principia ad leges.

2 Contra.

Illud contemnitur, quod a nullo obseruatur. Igitur præcepta iuris contemnuntur. Nam a nullo obseruantur. Patet. Dicit psal. Omnes declinauerunt. Non est qui faciat bonum. Ecce iniuriæ, murmurationes, & homicidia. ergo.

R. quòd natura duplici. consi.

Vel vt ordinata }
Vel inordinata. }

Valet arg. de inordinata, non de ordinata, vt tenet conclusio.

3. Contra de ordinata.

Septies in die cadit iustus dicit scriptura. Dicit Iacobus c.8.

Si quis in verbo non offendit: hic perfectus est vir.

R. quòd cadere est dupliciter.

Vel venialiter, & hoc modo cadit etiam iustus, vt dicit arg. Vel mortaliter, & hoc modo ex præceptis iuris non cadit, vt tenet conclusio.

3 Quòd non datur iste iustus.

Dicit Ioannes 2.c.1. vt dixerimus. Quoniam peccatum mortale non habemus ipsi nos seducimus: & Deum mendacem facimus: At Deum mendacẽ facere est mortalissimum. Igitur.

R. Quòd peccatum nõ habere stat dupliciter.

Vel in nobis, }
Vel in proximos }

Dico, quod licet, in nobis sit difficile verum. quòd nõ habeamus peccatum, vt dicit Ioan. facile tamen possumus non habere peccatum in proximum. Viuendo honeste, non offendendo, & dãdo suum vnicuique.

4 Quod non sit facile. non peccare in proximum.

Nõ offendere proximum est actus virtutis. Igitur difficillimum. Patet. Quoniam virtus est circa obiectum difficile. Vt patet de fortitudine, quæ magna, & terribilia respicit. sic de alijs. Igitur.

R. Quòd virtus dupliciter consideratur quo ad obiectum.

Vel quo ad obiectum alienum.
Vel quo ad obiectum proprium.

Si consideretur quo ad obiectum alienum, dico quòd respicit difficilia, & ardua, vt inquit Phil. & hoc modo arg. valet. Nam difficile est præuidere aliena pericula. Et damna: Si vero respicit obiectũ suiipsius, dico quòd est facile præuidere ex suis viribus, cognitione, opibus, & similibus, id quod facere potest. Et hoc modo potest præcepta Imperatoria obseruare facillime.

5 Contra.

Illa difficilia sũt obseruatione quorum

rum in obseruatio est pœna, & supplicium: Igitur præcepta iuris sunt difficillima obseruatione, quoniam multæ pœnæ dantur transgressoribus, vt sunt carceres, Quæstiones, Confiscationes, & mors.

R. quòd obseruatio est duplex.

Altera in amore,
Altera in timore,

Valet de obseruatione cuius fundamentũ est timor, vt dicit argumentum: Non autem valet de obseruatione quæ est in amore: Cui nil difficile.

6 Contra.

Vbi præceptum ibi timor: At honeste viuere, neminem lædere, suũ vnicuique tribuere est pręceptũ Igitur timor: Igitur difficilia. Nam non faceret si non esset pœnæ metus.

R. quòd timor est duplex.

Filialis, &
Seruilis.

Timor filialis nullam sensit difficultatem, quoniam omnia libẽtissimo animo obseruat: Timor seruilis habet difficultatem. Quoniam timenti seruo facilia sunt impossibilia. Imperator cũ studiosis filijs, qui sunt nobiles. Et nobiles Amori, amoris in amorem amore operatur.

Hæc de examine.

CONCL. VI.

Ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit, vt Procreatio filiorum, & educatio illorum, successio in bonis: Communis omnium possessio: Violentiæ repulsio: Quod tibi fieri non vis, alteri ne facias.

Probatur.

ILlud dicitur naturale quòd est insertum in natura: Illud est insertum quod amatur. Illud amatur quod desideratur: In desiderio natura inclinatur: in inclinatione approximatur, in approximatione vnitur, in vnione cõicatur, in cõmunicatione fœcũdatur, in fœcund tate oritur, ortum est filius. Filius est natura genita: Natura seipsam educat. Igitur & filios educabit.

Hinc est, quòd natura dicitur.

Semen,

Semen,
Cor,
Radix,
Instinctus,
Principium,
Similitudo,
Amor,
Ratio,
Materia,
Forma, &
Mater.

Amor in nutritione,
Ratio in electione,
Materia in mutatione,
Forma in specie, &
Mater in prouidentia.

Hæc omnia fundari possunt in illa quæ à sacra Genesi Augustino, & Philosopho dicuntur. *Nam Genesis. i. dicitur.*

Semen, quia fœcunda.
Cor, quia vita,
Radix quia subsistit,
Instinctus, quia inclinat.
Principium, quia operatur.
Similitudo, quia est exẽplar.
Amor, quia communicat.
Ratio, quia discernit.
Materia, quia est fundamentum.
Forma, quia perficit, &
Mater, quia nutrit.

Protulit terra herbam virentem, & facientem semen, iuxta genus suum: lignumq́; faciens fructum: Habens vnumquodque sementem secundum speciem suam.

Id asserit clarius, dum inquit. Producant Aquæ reptile animæ viuentis, & volatile super terram.

Producat terra animam viuẽtem, in genere suo: Iumenta, & reptilia, & bestias terræ secũdum species suas: Dicens omnibus crescite, et multiplicamini, & replete terram.

2. Addo. Dicitur.
Semen in herbis,
Radix in plantis,
Cor in animalibus,
Instinctus in omnibus.
Principium in generatione.
Similitudo in genito,

Ideo Augustinus lib. 2. Confessio. cap. 4. dicit. Lex tua scripta

ſcripta eſt in cordibus hominũ. i. Lex naturalis. Hinc Phil. 2. Phy. dicit. Naturam ipſe Principium motus & quietis. At in omnibus creatis eſt motus, & quies, igitur, & natura, & ius naturale, vt optime deſcribit.

Hæc de concluſione.

EXAMEN.

In quo probatur, quòd ius naturale non eſt idem omnibus viuentibus.

ARG. 1.

ILlud dicitur eſſe ius naturale ad quod omnes naturaliter inclinā tur. At non omnes ad idem obiectum inclinantur. Igitur non datur iſtud ius. Probo minorē. Nam inter homines, alij intendunt matrimonio: alij celibatui: alij auaritiæ, alij liberalitati, alij obediunt euangelio, alij non. vt Roma. 10. Non omnes obediũt Euangelio. Igitur nō datur lex iſta.

R. quòd ius naturale ſumitur dupliciter.

Vel quo ad ſuam inclinationem.

Vel quo ad ſubiectionem rationis.

Si conſideretur quo ad ſuam inclinationem idem eſt in omnibus viuētibus, vt inquit Imperator: Si vero conſideretur quo ad ſubiectionem, non eſt idem. Nam quandoque regulatur, & dominatur à virtute caſtitatis vnde omnem concubitum ſpernit: quandoque omnia donat, omnia ſuffert, vt patet non ſolum in martyribus Criſtianis, ſed etiam in viris illuſtribus, qui propter Reipublicæ honorem mortem ſubiere. Quandoque prædominatur a paſsionibus vehementibus, & ſic tendit ad vitia, & actus malos: Hinc furta, homicidia, & alia mala: Et hoc modo currit ratio: non autem primo modo.

2. Contra, quòd non ſit idē quo ad inclinationem.

Naturalia mutari non poſſunt: At inclinatio in hominibus mutatur: Nam vnuſquiſque inclinatur ad libertatem, quæ eſt de iure naturę, & tamen per leges humanas mutatur inquit Iſidorus li. 5. c. 4. Etymolo.

R. quòd inclinationem naturalem mutari eſt dupliciter.

Vel quo ad ſubſtantiam,

Vel quo ad correctionem.

Non mutatur quo ad ſubſtātiam, vt dicit arg. ſed mutatur quo ad correctionem libertatis.

3 Contra,

3 Contra, quòd quo ad ſubſtãtiã. Furtum, Adulterium, & homicidium ſunt immediate cõtra ius naturale, quod dicit: Neminem lædere: At iſta delent ius naturale; quoniam oppoſitum ſuum tollit contrarium. At iſta Deus præcepit. Nam Abrahæ dixit, vt filium occideret, licet innocens. Gen. 22. Iudæi Aegyptijs vaſa argentea, & aurea ſurripuerunt. Exo. 12. Oſeæ præcepit fornicariam in vxorem ducere. Oſeæ 1. Igitur delet ius naturale.

R. quòd furtum, adulterium, & homicidium dupliciter ſumitur.

Vel quo ad Deum,
Vel quo ad proximum.

Si cõſideretur quo ad proximum, dico quod eſt contra naturam, cum ſit læſio proximi: Si verò conſideretur quo ad Deum, dico nullam eſſe læſionem. Nam natura eſt a Deo: Lex a Deo: Deus eſt omnium dominus: Idcirco mortificat, & viuificat 1. Reg. 2. Pauperem facit, & ditat. ſic licet ad quancumque accedere præcipiente domino. Et hoc modo ſtat natura. Deſumitur. Reſpon. a Beato Tho. p. 2. q. 94. ar. 5. ad 2.

4 Contra, quòd dum reſpicimus Deum eſſe contra naturam.

Deus cõſtituit hominem liberum ſecundum naturam, & cum libertate dedit dominium ſuorũ actuum, & omnium creaturarũ, vt ex ſacra Geneſi patet. Igitur ſi quis ex præcepto Dei ſurripit furto, vel tyrannide bona hominis naturæ dignitatẽ delebit.

R. quòd libertas naturalis, & dominium rerum in homine dupliciter conſideratur.

Vel in ſui natura a Deo producta, & hoc modo dicitur eſſe patronus, & Dominus, Nec in hoc gradu Deus ſuis bonis hominẽ priuat: Vel conſideratur libertas in abuſu, & malis actibus, & hoc modo iuſte priuatur. Nec ex hoc ſequitur iniuria ipſi naturæ, vel libertati, ſed potius ſequitur correctio prauæ naturæ, & punitio malorum actuum.

5 Contra, quòd ſit iniuria.

Iniuria, & damnum magnum eſt, frãgere donationem: quoniam ex fractiõe, & reuocatione mortales turbantur iraſcuntur blaſphemant, & maledicunt. Igitur Deus cum dederit libertatem naturalem, vel bona naturalia non ſurripit illa: Alioquin eſſet cauſa malorum. Igitur.

R. Lex, quòd donatio habet duplicem reſpectum.

Alterum in bonis, & gratis.
Alterum in malis, & ingratis.

In bonis, & gratis non reuocatur, Reuocatur tamen in malis, & in ingratis.

Nec Deus eſt cauſa malorum, ſed

est punitor malorum ad bonũ, & ad Naturæ reformationem. Et sic ratio nulla.

6 Contra.

Illud est causa mali ad cuius esse sequitur malum, & ad cuius non esse, non sequitur malum: At in surreptione bonorum sequuntur mala, & surreptio a Deo est. Igitur. Dei mali causa.

R. Quod est causa permissiua, & non effectiua. Et causa permissiua non est vera causa, quoniã nil producit, sed dicitur esse ordo rerum a Deo nõ impeditus, Nam posset Deus manum homicidæ per subtractionem vis motiuæ, sed permittit ordo suæ bonitatis. Quæ non solum naturam communicauit liberã, quo ad substantiam, sed etiam quo ad actionum, & motuum facultatem.

Hæc de examine.

CONCL. VII.

Ius ciuile a iure gentium distinguitur.

Probatio.

I*Vs gẽtium idem est omnibus Ciuitatibus, Prouintijs, Regnis, & populis.*

Ius ciuile est solum propter ciuitates, Respublicas, et Prouintias singulares ordinatũ

Ius gentium duabus ex causis proditum est. Nam constitutum fuit. Prima.

Propter vsum, commertium, cohabitationem, familiaritatem, amicitiam, & vnionẽ gentium. Hinc Pagi, oppida, Ciuitates, Respublicę, communitates, & Cõsilia.

Secunda. Propter necessitates vitæ, pacis, & securitatis. Hinc contractus emendi, et vendendi, locandi, conducendi. Hinc Deposita, & mutua. Hinc bella iusta, captiuitates, seruitutes, & deprædationes. Nam qui aliorum iniustè, quærit ruinã, & mortem: Iuste in pœnã illi dare debet bona, & opera vitæ.

3 *Addo.*

Ius gentium nomen habet inde finitum: quoniam magis natura fundamẽtum respicit, quàm aliud obiectum.

Ius ciuile nomen definitum habet à

bet à ciuibus, & legislatori bus. Qui non solum legem naturæ habent fundamentum, sed Locorum, Temporum, Nationum, Gubernationum, Dignitatum, Meritorum, & præmiorum, habet obiectũ. Hinc iura Romanorum.

Atheniensium,
Venetorum,
Veronensium.

Et similium. Ut Solonis: Draconis: Licurgi: Platonis: Romuli, & Quirini.

4 Addo.

Ius Gentium est à lege naturę, sicuti conclusio ex principijs speculatiuis.

Dicit natura. Nemo lædi debet: Igitur in iure gentium conclusio fiet. Si nemo lædi debet.; Nullus occidi debet. Nullum furari, & consimilia.

Ius Ciuile est à lege naturę, ut sunt terminationes singulares a principijs vniuersalibus Artis. Exemplum. Pictor habet hoc principiũ vniuersale, quòd omnis figura constat ex lineis, & proportione, deinde se determinat ad talem, & talem figuram triãguli: Cæsaris: Sancti Alberti, & similiũ.

Vnde sicuti lex gentium vult, vt morosi, & bestiales puniantur: sic lex ciuilis non solum vult punitionem, sed determinat specialiter ad talem, & talem, ex culpa atroci, vel ex occasione. Et sic apparet, quomodo vere distinguantur ista iura

Gentium, & Ciuium. } Nam sunt vt
Genus, & species.
Vt vniuersale, & singulare.
Ut commune, & proprium.

Addo pro fine quòd

Ius gentium, vt diuinum, ac in lege naturæ radicatũ immutabile permanet.

Ius autem ciuile mutatur sæpe non solum per aliam legem, sed etiam per contrariã consuetudinem.

Hæc de conclusione.

EXAMEN.

In quo probatur quòd Imperator nō debebat ius diuidere in ius gentium, & ciuile.

ARG. I.

Diuisio fit per oppositas differentias: At ius gentium, & ciuile non sunt opposita. Igitur nulla est diuisio. Maior est Philosophi. Minor patet. Nam idē est finis iuris gentium, & ciuilis, quia vtrunque intendunt Pacē: iustitiam, & bonum.

R. quòd oppositum est duplex.

Alterum contrariū, & de hoc, currit ratio, Patet in diuisione calidi, & frigidi, albi, & nigri.

Alterum oppositum dicitur diuersum, & hoc modo ius in gentiū, & ciuium est diuisum, & sufficit pro cognitione. & ad finem eundem tendunt. Verum est, quo ad genus, non quo ad speciem.

2 Contra.

Illa habent eundem finem specificum quorum subiecta specifica sunt eadem. Igitur. Gētium ius idem erit cum ciuili, quia ambo circa homines qui sunt idē specie. Antecedens patet. Nam agens naturale dicitur a materia mobili, sic morale, sic legale. Igitur.

R. quod est verum quòd sint idem quo ad materiam subiectam, quę est homo: Non tamen sunt idē quo ad modum. Nam alius modus in punitione seruatur in Republica Atheniensi, alius in Platonica, & hoc modo argumentum nullum.

3 Contra.

In vtroque iure habetur iustitia: Pena, Meritum, Premium libertas, & seruitus igitur idē modus erit, dicente Philo. 2. de gener. & corrupt. t. com. 56. Idem similiter se habens, semper idem aptum est facere.

R. Iustitia est duplex.

Altera in essentia, & sic eadem est in vtroq; iure, ut dicit argumentum. Altera in circunstantijs, & sic non est eadem. Nam alia circunstantia est in vna ciuitate, alia in alia, sic & iustitia erit alie, & alio modo. Et sit ratio nulla.

4 Contra.

Circunstantia omnis est penes.

Personam,
Factum,
Locum,
Tempus,
Causam, &
Modum.

At omnia ista eadem sunt vbique terrarum. Nam idem homo Peccatum, Locus, Tempus, offensio, tentatio, & damnum. Igitur eadem iustitia, & ius.

Patet.

Patet. Eadem diffinitio omnibus ijs. Igitur.

R. sunt eadem quo ad substantiã, vt dicit ratio, sed non quo ad qualitatem. Nam alia qualitate affecti sunt Romani: alia Athenienses, alia Veronenses, & sic de locis dicimus. Idcirco alio, & alio indigent iure, & ordine.

5. Contra.

Quæ habẽt eadem principia essentialia habent eandem qualitatẽ: sed homines, & loca habent eadem principia elementalia, Solem, & cœlum. Igitur eandem qualitatem. Minor clarissima, Sol & homo generant hominem, dicit Philos. Idem 12. Diui.com. 18. Sol & Stellę sunt principiũ cuiuslibet viui in natura.

R. quòd licet sint eadem principia remota omnium naturaliũ, non tamen sunt eadem propinqua. Nam alio modo influit in vna parte cœlum, alio modo in altera. Hinc alia in parte generatur aurum: in alia ferrum, in alia tẽperati homines, in alia crudeles, vti in Scythia, & propter hoc aliæ vni sunt leges: Aliæ alijs nationibus.

2. Respondet Auicenna, quòd licet sint eadem principia, complexiones tamen non sunt eędem Rationes. Non eodem mõ comparticipantur. Nam quidã sunt calidiores, quidam humidi, quidam sicci.

3. R. mutantur qualitates. Nam iuuenes sunt calidi, & sicci: Pueri calidi, & humidi, & senes frigidi, & sicci. Sic leges variæ.

6. Contra.

Si principia sunt eadem remota in hominibus, erũt eadem principia propinqua, & perfectiori modo. Igitur qualitas eadem.

Probo assumptum. Certum est ꝙ substantia remota reperitur in omnibus viuentibus, sed perfectiori modo eadem reperitur in speciebus, vt in Homine, Leone, Panthera, & similibus, quàm in remoto genere: Igitur qualitas erit eadem. Igitur lex eadem gentium.

R. quòd illa ratio valet in substantialibus, vbi non datur susceptio magis: Non autem valet in accidẽtalibus, vbi datur susceptio magis.

Nã leges dantur contra malos mores: Mores sunt magis, & minus in vna ciuitate, quã in alia: quoniam maiorem, & minorem habent inclinationẽ ex natura indiuiduali. Idcirco ad correctionem ciuiles sunt ordinatæ. Sic medicus alias, & alias medicinas alij, & alij ordinat.

Hæc de examine.

CON-

CONCL. VIII.

IVs nostrum. Aliud est scriptum. Aliud non est scriptũ.

Ius scriptum sunt leges Decreta, Ordines, & Constitutiones positæ in 12. Tabulis, in libris, et Annalibus Imperij.

Ius non scriptum sunt Consuetudines, usus, et mores, quibus ciuitates, et populi viuere solent.

In præsentiarum solum de iure scripto agere intendo. Hinc pro intelligẽtia scire oportet quòd Principatus cõtinet.

Reges, Consules, Iureconsultos, Senatum, Magistratum, & Tribunum.	Ab ijs omnibus leges ortæ sũt. Quoniam lex oriri põt

ab his, quibus iurisdictionis data est sedes. Idcirco si Rex ordinem faciebat, vel per decreta: vel per edicta: uel per Epistolam legis uigorem obtinebat in toto regno: cum omne suum Imperium, et Potestatem, ei, Populus concesserat.

Si a Consule, a populo electo, aliqua constitutio fiebat lex uocabatur .i. lex cõsularis.

Si a iure peritis, constitutiones, Interpretationes, Decisiones, sentẽtiæ, et opiniones creabantur, dicebantur Responsa prudentum, et uim legis obtinebant. Nã Cæsar Imperator tale cõcessit ius, ut condere possent quædam, à quibus recedere non licet, uti a lege.

Si erant a sapientioribus, & supremis Patribus Reipublicæ, dicebantur Senatusconsultum.: Idest lex a patribus condita. In illis enim totius populi erat consensus.

Si à Magistratibus, dicebatur lex Prætoria, Edicta Aedilium, et ius honorarium.

Si a Tribuno, dicebatur ius Plebiscitum. Quoniã Tribunatus officium assentiẽte populo iura constituebat.

Et sic probata apparet conclusio.

Examen.

EXAMEN.

In quo probatur, quòd non debent esse plura iura, vel leges scripta.

ARG. 1.

Lex naturalis est omnis lex: Igitur vanum est alias addere leges. Antecedens patet. Nam lex naturalis dat omnibus honestatem, securitatem, & potestatem vitæ: Rei, & dignitatis. Igitur aliæ leges vanę, cũ nil aliud requirit humana conditio.

R. quòd lex naturalis est vna secundum radicem, & plures secundum ramos. Idcirco sicuti rami sunt idem cum radice essentialiter, sic omnes leges sunt æedẽ cum naturæ lege.

2. Contra.

Auerrois in Paraphrasi Meth. tracta. 3. Vnum (inquit) opponitur multitudini. Igitur si vna est lex naturæ, non poterit esse plures.

R. quòd vnum generice nõ potest esse vnum, & multa generice, vt dicit arg. Tamen vnum generice potest esse multa specifice. Et hoc modo lex vna naturalis, est multa specifice.

3. Contra.

Illud minime ponendum est secundum speciẽ, quod producit confusionem. Igitur leges istę secũdum speciem ponendę nõ sunt. Nam multitudo dicit confusionem mũdi, ciuitatis, & collegiorum. ergo. Patet.

Confusio est vbi voluntates sunt variæ, oppositæ, & contrariæ: Patet in his ciuitatibus. Igitur.

R. Valet ratio in illis locis vbi non sunt leges: Non autẽ vbi leges.

4. Contra, quòd vbi sunt leges.

In Regno Tyrannico sunt leges, & non multi ordines nil aliud habent, quàm leges: ordinationes, constitutiones, & statuta, & tamen viuunt confuse quo ad verba, operationes, scandala, & iniustitias mille. ergo.

R. quòd lex dupliciter sumitur. Vel quo ad essentiam, & hoc modo habent leges, & sic currit ratio. Vel quo ad obseruantiam, & hoc modo non currit ratio. Quoniam non obseruantur. Et hoc modo ratio nulla.

5 Contra.

Illud habet leges quo ad obseruantiam quod habet finem legum: At Tyrannus habet finem legũ: quoniam dat prēmium, & pœnas. Nam præmium, & pœna sunt legum finis. ergo leges quo ad obseruantiam.

R. quòd ĩ lege duplex est finis quo ad præmium, & pœnam.

Alter est finis præmij in subiecto digno, & iste est verus finis, qui respondet legi conditæ, & naturali,

rali, Alter est finis in subiecto in digno, & iste finis non respõdet legi conditæ, & naturali. Iste finis est in Tyrãno, & ideo legem habet sed non obseruat dicente Solomone. Vidi impium superexaltatum.

6 Contra.

Præmium, vt dignitas Honor; Diuitiæ, & similia, á Tyranno in iniustum, sunt finis legis: Igitur in Tyranno erit lex. Antecedẽs patet. Quoniam finis refertur ad principium. Si finis legis est præmium, & pœna. Igitur lex erit principium.

R. quòd finem legis respõdere principio legis stat dupliciter.

Vel in ratione relationis, & hoc modo dico, quòd respondet, vt dicit ratio, & sic reperitur in Tyrãno, vel considerantur finis, & principium quo ad meritum, & hoc modo nõ valet ratio. Nam licet in Tyranno sit lex quo ad principium, & finem dandi honores, & diuitias, non reperitur tamen ratio meriti in recipiente. Et idcirco in Tyranno non est lex, sed ab usio, & corruptio legis.

Hæc de examine.

CONCL. IX.

De iure non scripto. Idest de consuetudine.

Consuetudo igitur dicitur esse actum ex deliberato rationis iuditio multoties operatũ. Unde legis nõ scriptæ vim obtinet. Hinc quatuor obseruo.

Primum, quòd consuetudo sit actus.

Secũdum, multoties operatus.

Tertiũ, ex deliberato iuditio.

Quartum. Legis vim obtinet.

Dicit esse actum, vel factum, uel institutum aliquod a Ciuitate, a populo, & a Principe.

2. *Dicit multoties. Quoniam si uim obtinere debet, annorum decẽ spatiũ saltẽ debet habere. Nam annis decem est longa, & sit robusta inquit iurisconsultus.*

3. *Dicit ex deliberato rationis iuditio, quoniam nullã uim haberet nisi rationalis esset. Idcirco a senioribus, et prudentioribus*

dentioribus, cũ maioris partis populi aſſẽſu, fieri debet.

4 *Dicit legis vim habet. Quoniam conſuetudo.*

Iudicat,
Interpretatur, &
Legem abolet.

Iudicat, vt lex quę ſunt dubia. Interpretatur ſtatuta, decreta, priuilegia, & nouas conſtitutiones.

Legem abolet nõ ſolum particularem, ſed tollit etiam vniuerſalem, quando conſuetudo vbique terrarum eſt introducta. Tamen diuinam, nec naturalem mutare poteſt. Hinc per optime Philo 1, Phyſ. com. 7. ait. Conſuetudinem alteram eſſe naturam. At cum natura ſit lex maxima, metrumque ac legum omnium regula: merito cõſuetudo legum erit interpretatrix, & magiſtra, cum a iudicio rationis, et naturæ apex, oi tum ducat.

Hæc de Concluſione.

EXAMEN.

In quo probatur, quòd conſuetudo legem non poſſit tollere.

ARG. 1.

Illud tolli non debet, quod eſt bonum. Igitur conſuetudo legem tollere non poteſt quoniã eſt bona. Patet, lex enim eſt regula humanorum actuum. igitur.

R. quòd lex ſumitur dupliciter.
Vel vt eſt perfecta,
Vel vt eſt deficiens,

Si conſideretur, vt eſt perfecta tunc a conſuetudine non tollitur, vt dicit ratio: Si vero conſideretur vt deficiens quo ad circunſtantias loci, dico quòd tollitur, & aboletur.

2 Contra.

In ordine, & re ſancta, nullus eſt defectus. At lex eſt ſanctio ſancta iubens honeſta, & prohibẽs cõtraria. Igitur defectus nullus.

R. Auguſtinus, quòd ſanctum ſumi poteſt dupl. 1. lib. de lib. arb. cap. 6.

Alterum quo ad legem, & hoc modo lex non debet mutari, quia ſancta, vt inquit argum.

Alterum vero quo ad miniſtros legis, & tunc mutari debet quoniam ſunt impij, & Tyranni. Et tunc inſequuntur cõſuetudines, & eorum vſus. Exemplum.

Imperator solet concedere ciuitatis præstãtioribus, vt Magistratus, Iudices, & Gubernatores graues, iustos, prudentes, & populi amatores, eligant: At si paulatim suffragia electio habeat venalia, Rex legem, & priuilegiũ tollit, & eos ad consuetudinem ducit.

3 Contra, quòd non posit tolli.

Priuatiuum, & prophanum nõ potest tollere positiuum, & sanctũ: At impietas, & iniustitia sũt priuatiua, & prophana, nõ possunt igitur legem sanctam, & positiuam tollere. Maior vera. Quia sunt non entia.

R. quòd tollere aliquid stat dupliciter.

Vel vt causa per se, & hoc modo priuatiuum, & prophanum, nõ possunt positiuum, & legẽ sanctam tollere, vt dicit argum. Vel vt occasio, & hoc modo tollunt legem positiuam, & sanctam.

4 Contra.

Minus forte non potest fortius se tollere. Pigmeus Gygantem minime tollere valet: Igitur occasio legem fortisimam, nõ tollet. Nam occasio est solum circunstantias per accidens respectu tẽporis: At lex est regula per se ciuitatum dirigens actus. Igitur non potest illam tollere.

R. quòd occasio est dupliciter.

Altera simpliciter, & hoc modo nõ potest legem tollere, cum sit ens per accidens, vt inquit argum. Altera est in relatione ad populum impium, & hoc modo priuat illum donis, & priuilegijs legalibus.

5 Contra.

Nullum posterius tollit prius, quoniam non dependet ab illo, cum sit sine posteriori: At lex est prior cõcessa populo, quàm sit iniquitas. Igitur nõ potest tolli ab iniquitate. Nam homo non tollitur propter Sócratis mortem cum sit posterius homine.

R. quòd valet regula in essentialibus, & substãtialibus causis quæ sunt absolutæ: vt elementa, Sol, cœlum, & intelligentiæ: Nõ autem valet in accidẽtalibus, quæ fiunt in gratiam posteriorũ, nec essent sine posterioribus, vt sunt Leges, priuilegia, & concesiones. Ideo propter eorum impietatem tolluntur, & sic rõ nulla.

6 Contra.

Gratia præstantior est omni culpa: At lex concessa ciuitati de eligẽdis Magistratib. dicitur esse Gratia. Igitur præstabit hominũ impietati. Maior vera. Quoniam tollit culpam.

R. quòd licet Gratia semper excellat culpam quo ad naturam, dignitatem, & nobilitatem. Tamẽ culpa ratione deformitatis, & contradictionis, impedit, & locum

eũ aufert ipſi Gratiæ, quòd non poſsit cõiungi, nec vniri. Et hoc modo non conceditur, ipſis impijs.

Hæc de examine.

CONCL. X.

Omnes homines ſunt aut liberi. Aut ſerui. Hinc ſolũ de liberis agere intendo. Nam nobiliora, digniora, et præſtãtiora ſant præponenda, liberi ſeruis præſtãtiores. Igitur prçponãtur.

Addo quòd liberi ſunt in multiplici gradu ſcilicet

Naturæ,	*Liberi Naturæ ſunt oẽs hoĩes cuiuſcũq; gradus*
Meriti,	
Iuſtitiæ,	
Dominij	
Ordinis, &	*Liberi ex merito.*
Gratiæ.	

Sunt illi quibus a patronis dati ſunt in libertatem.

3 Liberi ex iuſtitia ſunt illi qui a matre nati ſunt. Nec obſtat quòd pater ſit ſeruus vel incertus, vt quando vulgo eſt cõceptus. Nec etiam obuiat, quòd mater de libera ancilla facta fuerit: vel quòd dum ancilla eſt ſit prægnans: Nam Martianus vir præſtantiſsimus iudicauit filium liberũ. Rationẽ aſſignat Imperator dicens. Calamitatem matris utero non debere nocere.

4 Liberi ex Dominio ſunt Patritij Reipublicæ: qui ratione iuriſdictionis alijs dominantur.

5 Liberi ex ordine ſunt populi ſubiecti principibus. Nã vt homines habent naturalem facultatem operandi qđ eis libet: tamen quo ad leges principis, ſubdunt illis voluntatem.

6 Liberi ex Gratia ſunt fideles orthodoxi quia a Chriſto facti ſunt liberi cum ſubiectione.

Sunt liberi iſti, & ſerui.

Liberi, quo ad uoluntatem.
Serui, quo ad legem.

Sunt liberi a Dæmonio, & peccato:

cato: Sunt serui, in obedientia, & timore.
Sunt liberi per Christi gratiã:
sunt serui per Christi amorem.
Nam Amor seruum, seruo, ob seruum, ad seruũ duxit.
2. Addo quod
Liberi in natura faciũt mũdũ.
Ex merito familias,
Ex iustitia nobilitatem,
Ex dominio eminentiam,
Ex ordine Regnum, &
Ex Gratia faciunt ecclesiam.
3. Addo quod in
Libertate Naturæ apparet æqualitas.
In merito præmium,
In iustitia ratio,
In Dominio honor,
In ordine Regula, &
In libertate Gratiæ, apparet Christi infinitas.

Hæc de conclusionis probatione.

EXAMEN.

In quo probatur, quòd nullus est liber.

ARG. I.

NVllus pôt facere quod vult: Igitur nullus liber. Antecedẽs patet, Nam populus subiectus Principi: Princeps Regi: Rex Imperatori: Imperator Põtifici, & Pontifex Deo. Igitur. Conseq. patet. Dicit Imperator quòd libertas est naturalis facultas eius, quod cuique facere libet.

R. quòd libertatis duplex est obiectum.

Alterum mali, & hoc modo nõ potest quisque malum facere. Idcirco dicitur ab Imperatore. Nisi quod prohibetur tanquàm malum, & sic currit ratio. Alterum, & principale obiectum est bonum, & hoc modo cuilibet facultas est concessa.

2 Contra quòd quisque nõ potest bonum.

Dicit Paulus Roma. 7. Quod odit malum illud facit. Igitur si facit quod odit, facit id quod nõ vult Igitur non liber.

R. quòd facere quod odit stat dupliciter.

Vel quo ad rationem, & hoc modo est falsum, quod faciat qđ odit.

Vel quo ad sensum, & hoc modo

currit

currit ratio. Nam quandoque videbat, & audiebat quæ odio habebat mala.

2. Ratio, vult pacem sensus bellū: Vnde facit vim rationi. Id clarissimè explicat in verbis illis dicens. Sentio aliam legem in mēbris meis repugnantem legi mētis meæ. Ecce quomodo sensus resistit, & bellum facit contra rationem: At non tollit rationis libertatem.

3. Contra.

Dicit Paulus Roma. 13. Necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam: At vbi necessitas nulla libertas.

R. quòd necessitas est duplex.

Altera absoluta, quæ facultatē dominij aufert a voluntate, & hæc non datur ipsi homini, cùm sit dominus suorum actuum.

Altera est conditionata, & hæc datur, homini. Nam si vult habere pacem cū Principe debet legem necessario obseruare, & si vult vitam æternam habere, debet necessario præcepta custodire, dicente Domino. Si vis ad vitam ingredi serua mandata, & hoc modo valet ratio.

4 Contra, quòd tollat dominiū.

Dicit Ioannes 6. Nemo venit ad me nisi pater meus traxerit eū. At vbi tractus ibi violentia, vbi violētia, & coactio, vbi coactio, ibi passum nullam vim ponit, dicente Philo. 5. metha. com. 6. & 2. cœli tex. com. 18. Violentum est præter naturam. i. Cōtra naturam.

R. quòd tractus est duplex.

Alterum absolutum, quod nullam vim dat trahenti, vt quando lapis sursum mittitur, tunc agenti lapis nullam vim affert: Sic quādo lupus à Venatore trahitur, non solum vim non affert, sed maxime resistit, & hoc modo currit ratio: Alterū dicitur violētum cum libertate, & hoc quādo volumus aliquid, sed est impossibile assequi sine alterius auxilio. Et hic est tractus quia auxilium datur externū: & simul est libertas, quoniam libenter acceptamus fauorem.

Exemplum de illo qui in profundo stat loco. Sunt duo. Alterum velle est: Alterum impossibile est. Est velle, quia exire cupit. Est impossibile, quia a se nō potest. Trahens illum non dat velle: sed solum auxilium: unde simul, & semel est uelle cum uiolentia, & uiolentia cum uelle: Ita homo uult uitam cœlestem, sed non potest sine diuinæ Gratiæ tractu. Et hoc modo argumentum nullum.

5 Contra quòd non sit libertas.

Culpa Adami fuit necessaria, ĩquit Gregorius Sanctus Igitur nullā

habet

habet libertatē. Igitur nec nos. Patet consequen. Dicit Philo. 2. cœli. com. 33 & 34. Necessariū nullam habet possibilitatem. Igitur impossibile est aliter se habere.

R. quòd in peccato sunt duo.

Alterum respicit modū medicinæ.

Alterum modum committēdi peccatum.

Si necessarium respicit peccatum, quo ad modum medicinæ. Dico quòd fuit necessarium. Nam dicit Augustinus tolle morbum & tunc nulla est necessitas incarnati uerbi Et hoc modo argumentum ualet. Quoniam medicina omni creaturæ erat impossibilis: Solus Deus poterat: Igitur necessaria propter uerbum.

Si uero necessarium sumitur, quo ad modū commissionis culpæ. Dico quòd fuit libera. Dicente Domino. In quacunque hora comederitis moriemini. Et sic argumentum nullum.

¶ Contra.

Primi motus non sunt in nostra potestate. Nam ex obiecto malo, nempe ex offensione statim irascitur ex furto, & ex iniuria accenditur uoluntas ad malum. Igitur si motus istos uitare non potest, nec alios uitare poterit. Nam si una particularis est falsa reddit uniuersalem falsam.

R. quòd uoluntas, & potestas dupliciter sumitur.

Vel ut potentia,
Vel ut causa,

Si consideretur, ut potētia passiua, & receptiua, quæ ab obiectum sensili mouetur: Dico quòd nō est ī nostra potestate fugere hos motus, quin ascēdant ad ipsam uoluntatem. Et hoc modo currit argumentum.

Ratio est maxima, quoniā nō sunt a nobis.

Si uero cōsideretur potestas, ut causa: Dico quòd sunt in nostra potestate. Nam uoluntas potest acceptare, & non acceptare hos motus, & respuere. Potest fornicatior acceptare, & non acceptare, Auaritiam, uindictam, & suggestionem Diaboli. Et hoc modo argumētum nullum. Ex quo habes liberū esse hominē. Id asserit lex Cornelia de siccarijs. Crimē non contrahitur nisi uoluntas interceditur.

Hæc de examine.

CONCL. XI.

Seruitus est constitutio iuris gentium, qua quis dominio alieno cōtra naturam subijcitur.

PRo conclusionis intellectu scire oportet, qđ seruitutū

multæ

multæ sunt species, scilicet
Humilitatis,
Obedientiæ,
Amoris,
Stipendij,
Necessitatis,
Voluntatis,
Belli, &
Perpetuitatis.

Seruus Humilitatis.

Est summus Pontifex.
Post ipsum sacerdotes:
Post Imperatores: Reges, & qui laboribus maximis regẽdo Ecclesiam, & mundum gubernando omnibus iuste, quod suum, est tribuunt.
Seruus obedientiæ sunt omnes inferiores, qui animo libentissimo legibus, & mandatis maiorum subijciuntur.
Seruus amoris, sunt omnes amici, familiares, & studiosi.
Stipendij sunt milites, æquites & Duces in bello.
Necessitatis, sunt pauperes qui pane carẽt, idcirco diuitibus pro victu seruiunt.
Voluntatis, sunt prodigi.
Qui consumptis bonis, propriã vendunt vitam. Obseruat tamẽ Imperator quòd qui se ipsum vendit non debet esse minor annis 20.
Natiuitatis seruus, sũt omnes homines ex Adamo cõcepti, Sathanæ serui.
Serui belli sunt hostes.
Voluit Imperator in pœnam odij, & peruersæ voluntatis eorum, quòd Victores illos possent non solum vendere, sed etiam cogere, vt illis serui essent.
Serui perpetuitatis dicebantur ascriptitij. Nam perpetuo, vel metallis fodiendis: vel glebis colendis erant damnati, uel dedicati. Hinc rei immobilis una dicebantur pars, & portio.

Addo quòd

Pontifex est seruus.
Maximus in libertate.
Imperator, & Reges magni.
Sunt serui pro libertate.
Inferiores libertati,
Amici cum libertate,
Milites, Aequites; &
Duces ad tuendam libertatẽ.
Prodigi ad delendam libertatẽ.

Pauperes

Pauperes ad sustinendam libertatem. Et
Captiui, & Ascriptitij ad domandam, & castigandã impiam libertatem.
3. Addo.
Põtifex Maximus, vt seruus spiritualia administrat.
Imperator arma præparat.
Milites, Aequites, & Duces ensẽ, & lanceã portãt.
Amici omnia donant.
Pauperes uires exercent.
Prodigi flagella sustinent.
Hostes compedes ferunt.

Hæc de probatione.

EXAMEN.

In quo probatur quòd nullo modo seruitus admitti debet in homine a Deo creato libero.

ARG. I.

Illud admittendum non est in homine, quod Deo repugnat, & naturæ humanæ. Igitur seruitus tolli omnino debet. Patet cõsequen. Nam Deus hominem liberũ fecit. Quia in manu cõsilij sui posuit dicit scriptura. Igitur tolli non potest homini ab homine libertas.

R. quòd libertatem a Deo homini datam, tolli stat dupliciter.

Vel quo ad delectionem libertatis per seruitutem, & hoc modo nõ tollitur. Quoniam semper homo est liber secũdum naturam, in quacunque sit seruitute. Et sic argumentum valet: Vel consideratur libertas quo ad punitionem peruersæ voluntatis, & hoc modo tollitur libertas, quia punitur, & sic arg. nullum.

2 Contra, quòd non possit corrigi.

Illud quod maius est, & perfectius, à minori, & imperfectissimo puniri nõ potest: At natura a Deo libera creata est perfectior quocunque corrigente. Igitur non est danda punitio. Patet maior. Nam perfectum habet omnes virtutes, & dignitates ex Philo. Igitur.

R. quòd perfectio naturæ libertatis dupliciter sumitur.

Vel quo ad substãtiam, & hoc modo est perfecta, vt dicit argumẽtum, & sic non tollitur. Vel quo ad vsum, & operationem, & hoc modo tollitur, quia imperfecta: Audax, crudelis, & impia.

3 Contra.

Operatio est complementum finis & perfectio, cuiuscunque causę, & operantis. 9. Metaph. t com. 16. Modo cum natura sit libera, est

est etiam contingens, contingẽs habet duo obiecta, scilicet bonũ & malum. Igitur potest in vtrũque, & modo vnum, modo alterum facer. Igitur puniri nõ põt.

R. quòd conti gentia, & naturæ libertas dupl. considerari.

Vel quo ad bonum, & malum, & hoc modo non est contingens. Quoniam malum non est obiectum voluntatis. Erat homo & Angelus, & non erat malum: sed à voluntate fuit productum malum. Et hoc modo argumẽtum nullum.

Vel quo ad bonũ, & hoc modo est contingens. Nam est libera ad obseruandum, & non obseruandum mandatũ. Nam quia non obseruauit commisit.

4 Contra, quòd malum sit obiectum liber.

Sicut se habet non obseruare ad obseruare: sic se habet malũ ad bonum: At sicuti obseruare mandata: & non obseruare sunt potentia liberi arbitrij, & naturæ: Ita malum erit obiectum potentię naturali nolẽti obseruare mãdatum, sicuti bonum obseruãti.

R. quòd natura libera ad obseruare, & non obseruare stat dupl.

Vel per se, & principaliter.

Vel per accidens. Si sumatur per se, & principaliter. Dico quod habet pro obiecto finali solum bonum, & nullo modo malum, & sic argumentum nullum: Vel sumitur per accidens, & sic nõ obseruat. Nam obnubilata a carnali dispositione renuntiat omni bonitati. Et hoc modo currit ratio.

5 Contra quòd per se.

Dicit Philo. 9. Diui. t. com. 3. Potentiæ rationales agunt duo cõtraria simul. Vt medicina simul est potẽtia sanitatis, & ægritudinis. Ratio est. Quoniam scientia est contrariorum. Igitur natura libertatis simul erit per se mali, sicut boni.

R. quòd simul dupliciter sumitur.

Vel formaliter, & per instãs, & hoc modo nego, quòd vt faciat duo opposita, & argumentum nõ ad rem. Vel simul pro imperceptibili, & hoc modo dico, quòd agit imperceptibiliter. Nam primum vnum, & post alterum agitur, sed tãta velocitate, quòd nõ percipitur a se.

6 Contra, quòd per mistam.

Potentia rationalis est indiuisibilis & tota simul formaliter. Igitur & operatio. Patet. Nam effectus & operationes pendent a causa, & similes sunt causæ. Igitur.

R. quòd potentia sumitur duplici.

Vel quo ad substantiam, & essentiam, & sic est indiuisibilis: Vel quo ad vim, & facultatem, &

hoc modo diuisibilis. Nam plures, & diuersas operationes potest, quoniam obiecta plura.

Hæc de examine.

CONCL. XII.

De manumissione, quomodo sit facienda, & quid sit.

Libertinorũ, siue manumissorũ, tripartitus erat ordo, vel status.

Primus erat Romanorum.

Secundus Latinorum, &

Tertius Dedititiorum.

Romani habebant in manumissione maiorem libertatem. Nã cum libertate poterant testamenta condere, & in testamentis omnibus succedere.

Latini manumißi, minorem habebant libertatem.

Nam licet non possent testamẽta condere, nec per testamenta in bonis succedere fruebãtur tamen quibusdam Romanorum priuilegijs.

Dedititij vero minimam habebant potestatem. Nam licet fuerint liberi, tamen in vita non poterant testamẽta condere. Non poterãt testamẽtis succedere: Nec Romano aliquo potiri priuilegio: solum in morte poterant peculium, suis relinquere, et hoc ex lege quadam, nominata Elia Sentia.

Addo quòd

Romani manumissi assequebantur cum libertate legem, et statum Romanum.

Latini manumissi non consequebantur legẽm, & priuilegia Romana, sed spem recipiendi habebant, & domini promittebant.

Dedititij vero dicebãtur a quĩbusdam populis. Qui victi Romanis per rebellionem iterum recesserant. Unde a Romanis iterum subiecti, quandam minimã concedebant libertatem, scilicet in morte. Nam de peculio poterant

sterant disponere.

Addo.

Primi serui fuerunt mali.
Secundi peiores, &
Tertij pessimi. Idcirco.

Dedititios non solũ propter crimina uerberibus flagellabãt verum in carne, in corpore, & facie scellerum inditia igne, & ferro imprimebãt, vt ab omnibus perpetuo dignoscerentur.

Imperator autem corrigendo leges omnes eandem habebant libertatem.

Addo etiam modum quo liberi fiebat.

Solemnitates, vel modi sunt, quibus potissimum serui liberi fiebant.

Primus modus erat manu,
2. Epistola,
3. Virga,
4. Pileus,
5. Adoptio,
6. Filiatio,
7. Hereditas,
8. Dignitas,
9. Redditio,
10. Nominatio,
11. Matrimonium,
12. Prostitutio,
13. Impietas,

Nã quando libertas dabatur, patronus manumittebat seruum extra domum suã, vt posset ad libitum quodlibet agere: Aut in absentia mittebat epistolam, vt illum dimitteret.

Vel Prator coram populo ter leuiter virga percutiebat, & fiebat liber.

Vel quando pracedebat in morti Patroni funus pileatus. Hinc prouerbiũ erat, quòd vocabantur ad pileum. i. ad libertatem.

Vel quando fiebat adoptiuus: Tunc upponebatur vereliber. Cum adoptiui sint filij, & filij liberi.

Vel quando dicebat Dominus. Hic est meus filius: statim liber erat cum patre. Nam relatiua sunt eiusdẽ naturę.

Vel si hæredem bonorum suorũ constituebat. Nam seruis

non datur bonarum hæreditas, & possessio.

Vel si militarem gradum,

Vel dignitatem aliam acquisierit, vt Magistralem, vel sacerdotalem sciente Patrono, fit liber.

Vel quando Patronus instrumēta dominij super seruum coram testibus reddiderit seruo, uel alijs, euadet liber. Nam omnem expoliauit iurisdictionem.

Vel quando Patronus dicebat. Volo seruum meum esse Latinum. Tunc potiebatur Latinorum libertate.

Vel quando ancillam libero dabat in vxorem. Tunc illa libera erat. Nam non poterat duobus dominis seruire.

Vel quando serua prostituebatur fiebat libera. Nam patronus non erat honoris, et pudicitiæ dominus sed laboris, & operationum.

Vel impietate. Nam iustitia impietatem abhorret. Idcirco si in supplicio, vel in uictu, uestitu, & labore crudelis erat Patronus seruis: Imperator gratissimus, & pius à manibus eorū eripiebat, liberosq; faciebat.

Addo ulterius quòd manumissio fiebat in,

Ecclesia,	*In Ecclesia coram Antistite, & populo.*
Prætorio,	
Conuiuio,	
Testamento,	
Cum amicis,	*In prætorio coram Præside.*
In Balneo, &	
Theatro.	

In conuiuio coram dilectis: & amicis.

In testamento coram testibus.

In Theatro, & Balneo coram omnibus.

In ecclesia fiebat, quia dare libertatem sanctum est.

In Prætorio, quia libertatē dare iustum est.

In conuiuio, quia ex corde est.

Cum amicis, quia amoris, & voluntatis, signum est.

In testamento, quia perpetua est.

At in Theatro, & Balneo non admittebatur, quoniam ambitiosa, & carnalis erat.

Vnde

Vnde nō à ratione, sed a sensu mouebatur patronus. Non à spiritu, sed à carne ducebatur possessor. Non à Deo, sed à Diabolo. Non à sapientia, sed à stultitia excitabatur possessor.

Probo modo, quòd ista dari debebat: Et quòd debebat esse æqualis.

Imperator noster Pius erat: Pietas humanitatem respicit: Humanitas naturam inspicit: Naturam Deum factorē cōtemplatur: Deus in factione hominibus libertatem, libertatis æqualitatē dedit. Igitur Diuinus Imperator in Imperatorē æternum oculos dirigens, omnibus libertatem eandem communicauit, Legesq; aduersas, Triboniano excelso suggerente, correxit.

Hæc de probatione.

EXAMEN.

In quo probatur, quòd nullo modo dari debet manumissio.

ARG. 1.

Culpæ respondet pœna: At culpæ seruorum fuit mortalis: Nam in certamine volebant occidere patronos. Igitur pęna, vel erit mors: Vel erit vsq; ad mortem. Confirmat sacrosancta scriptura. Secundum mensuram delicti, & plagarū modus. Igitur.

R. quòd pœna dupl. consid.

Vel quo ad rigorē iustitiæ, & hoc modo correspondere debet culpæ. Vnde inferenti mortē, mors illi inferri debet, vt inquit arg.

Vel quo ad æquitatem consideratur. Et hoc modo non respondet æqualis pœna culpę, sed misericordia, & pietate, vt inquit Diuus Imperator, dulcoratur seruis dādo libertatem, & sic argumentum nullum.

2 Contra responsio.

Si misericordia, & pietate manumittitur, sequeretur quod malum esset impunitum: Hoc iustitiæ reluctatur. Dicente domino. Diligite iustitiam qui iudicatis terram.

R. quòd malū dupliciter sumitur.

Vel vt respicit bonum,

Vel vt respicit malum,

Si malum sumatur, vt respicit bonum pacis, vitæ, honoris, & facultatū in proximo: Dico quòd iustitia illud pūnit, vt meretur, & sic currit ratio, fundata super

illud Deuteronomio dicentis. Manum pro manu, & oculum pro oculo dabit. Si verò malum respicit malum. Iustitia vtitur cùm pœna misericordia. Nam sicuti serui capti ab hostibus volebant occidere Dominos: sic capientes illos occidere volebant. Idcirco quoniam in vtroque latere erat malum, cum iustitia misericordiam admiscit, dando libertatem.

3 Contra.

Voluntas serui capti erat omnino determinata ad delectionem vitæ,& bonorum patroni. Igitur pœna illi debebatur correspondens pessimæ, & tetri voluntati. Hæc est mors. Hinc lex stat. In criminibus,nō exitus,sed voluntas inspicitur.

R. quòd voluntas est duplex.

Altera excitans }
Altera excitata }

Voluntas excitans seipsam ex propria malitia, inuidia, odio,& rācore. meretur sine misericordia pœnam correspondentem, vt inquit argumentum. Voluntas vero excitata ab inimico,& superbo meretur pœnam, sed cū pietate. Patet de primo Angelo, & de primo homine. Alter ex seipso peccās: Alter ex suggestione.

4 Contra.

Aut excitatio ista fuit iusta: Aut iniusta. Si iusta, igitur dum insurgit cōtra excitatam dupliciter peccat. Nam quia resistit peccat,& magis, quia vult occidere excitatē. Si vero fuerit iniusta, fuit permissa a Deo, & resistere permissioni diuinę est error. Probo. Ex permissione diuina multa committuntur mala: At ex multis malis infinita bona, & maxima elicit. Vt patet in martyribus. Impedire bona meliora est malū. ergo.

R. quòd permissio est duplex.

Altera cuius finis est bonum,& maius bonum, & de hoc currit argumentum: Nam permittit Hipocritas regnare, & bonos persequi, quoniam ex persequutionibus fides magis elucescebat: Christus manifestabatur: Ecclesia consurgebat, & Gratia Dei vim suam ostendebat. Altera est permissio cuius finis erat malus, & pessimus. Vt patet in bello, vbi mala infinita committūtur. Idcirco oportet hostibus resistere. Et hoc modo argumentum nullū. Idcirco qui resistunt merentur libertatem.

5 Contra.

Vbi peccatum est, ibi est permissiō iusta excitationis, inuasionis, & belli in populum: Nam Deus permittit regnare Hipocritam propter peccata populi. At omnis populus peccatis, mendacibusque mille est inuolutus: Igitur

tur permissio debita puniens,& flagellans. Sic Turcha est punitor malorum.

R. quòd valet de permissione cuius finis est peccatum corrigere, castigare, & destruere, vt dicit ratio.

Non autem valet de permissione cuius finis est omnem legẽ sanctam,& mores destruere: Sicuti Turcha impiissimus. Idcirco huic Principes omnes deberent viribus totis semper,ac semper, & vsque in semper armis resistere.

6 Contra.

In actione, & operatione impiissimi Turcæ concurrit Deus. Immo magis cõcurrit Deus quàm mille Turcæ. Nam prima causa plus influit,quàm secũda. Deus est prima causa: Turca, & Tyranni causæ secundæ. At nullus debet resistere Deo. Igitur. non debet admitti resistentia.

R. quòd resistentia non fit Tyranno,vt a Deo permissus: sed fit malitiæ, & iniquitati Tyranni. Nam concurrit Deus quatenus dimittit res suum cursum tenere a natura acceptum: Tamen non concurrit quo ad malitiam. Exemplum. Concurrit Deus quoad motum claudi, sed non quo ad claudicationem. Nam sicuti motus dicit perfectionẽ: sic claudicatio dicit defectum. Concurrit Deus quo ad uisionẽ Virginis,sed nõ concurrit, quo ad deflorationẽ. Et propter hoc resistentia non Dei bonitati,sed hostis iniquitati fit in bello. Vnde habemus quomodo datio sit danda a patronis, seruis.

Hæc de examine.

CONCL. XIII.

Prohibetur Patrono libertatem dare seruo, qui nõ est soluendo creditorem.

Cõfirmat Lex Aelia sẽtia.

Pro ĩtellectu legis pono duas cõclusiones,& illas probo.

Prima conclusio est.

Minor 20. annis, qui attigerit annum 18. potest testamento libertatem dare seruo. Nec lex ista repugnat legi Sexti Aelij catulli: Vel l. Sentii Saturni consules: Qui decreuerunt, quòd minor annis 20. non poterat libertatem dare seruo. Nam Imperator non tollit legem, sed modificat legem.

Ratio modificationis redditur

ab Imperatore. Nam si minor 20. annis. Immo ille qui 14. agebat annum, vt obseruat Imperator testari potest de suis bonis, cur libertatem dare non valebit seruo?

2. Si antiquitas cōcedebat minori 20. annis posse postulare, & alios defendere, magis poterit pro se ostendere iuditium cum ratione: rationem cum stabilitate, & stabilitatem cum firmitate in serui libertate.

3. Minor 20. annis potest in multa bona testari: Igitur in vno bono poterit etiā testari libertatem dando. Qui in multis valet in vno magis valebit.

Ratio clarissima est. Quia Dominium de bonis, & de seruo est æquale. Igitur si de illis, & de vno erit seruo.

Ex ijs oritur dubium.

An seruus possit esse hæres ex testamento Patroni sine libertate?

Dicūt aliqui, quòd potest esse hæres sine libertate. Vbi Bānitus potest esse hæres alicuius facultatis, & tamen nō posse redire in patriam, vbi est illa facultas, sic de seruo dicimus. Hęc respōsio nulla est. Nam peccat per æquiuocationem. Nam alius in hoc casu est patronus bonorū, alius est patronus libertatis.

Amicus est patronus bonorum, & Princeps est Patronus personæ. Idcirco si Rex bannitum hæredem cōstitueret bonorum, & libertatem simul daret, cum bonis.

2. Responsio vera.

Constituens seruum hæredem, constituit etiam liberum, ut dicit ff. de acqui. liber. Nā inquit Alciatus Concedēs consequens concedit antecedens. Si concedit bonarum magis libertatem concedet, cum libertas bonis vtitur.

Exemplum. Si quis cōcedit hoc consequens. ergo Rationale est, oportet primum concedere quod sit homo. Nam consequens

consequens est ex homine, dicendo. Homo: ergo rationale. Sic est hæres: igitur liber.

Addo rationem.

Seruus erat, quoniam ad redimendum seipsum pecuniam non habebat. Igitur Patronus dat non solum pecuniam sufficientem ad redemptionē, sed omnia sua bona. Igitur & libertatem.

Hæc de prima conclusione.

Obseruo tamen prudentiā Imperatoris, quòd non solum patronus in vita poterat seruis dare libertatem: sed idē in vltima voluntate id facere poterat. Sic tollitur lex Fusia Caninia: Nā vt canis ī palea qui nec comedit, nec comedere alios sinit, prohibebat, quòd in Testamēto solum medietatem libertati tradere posset.

Primum ne sanguis Romanus igenuus, seruili pollueretur. Secūdum Ne rei rustica, cura tolleretur. At Imperator inuidos expellit canes.

Conclusio secunda.

Qui non est soluendo creditoribus, non potest dare seruo libertatem.

Probatur.

Omnis fraus tollenda est: At dare libertatem seruo ab illo qui non est soluendo est fraus. Igitur est tollenda.

Maiorem probo. Omnis actus iniustus tollendus est: At fraus est actus iniustus. Nam dum debitor alienat omnia quæ possidet inter viuos, dat inditium quòd non vult soluere debitum. Et inter ista bona seruus cōnumeratur. Igitur iniustū cōmittit actum.

Addo vt cōclusio sit permanēs, et firma, quod fraus multis modis cōmitti potest, vt notat Glossa. Scilicet. Committitur.

Primo. Quando debitor omnia sua bona alienauit.

Secundo. Quando cum consilio sciebat re non posse soluere, & tamen alienauit, & seruum manumisit.

Tertio. Si alienatio fuit in personam coiunctã, & post alienationem, alienans sua bona possideat.

4 *Si alienatio facta fuit clã: vel sub cõditiõe: Vel de proximo delictum committat: Vel sequatur fuga. At ijs in omnibus modis fraudis est actus iniustus, & dolus in proximi damnum, cõmissus: igitur admitti nõ debet. Nam stat regula, quod fraus nulli patrocinari debet ipso iure.*

Addo.

Furtum committi non debet: At qui fraudẽ facit alienando bona, & manumittendo seruum, ne debita soluat furtum committit. Igitur suspẽdatur alienans: Cum alienam surripiat rem inuito domino.

EXAMEN.

In quo probatur quòd debitor, licet in bonis non poßit soluere, tamen seruo libertatem dare potest.

ARG. I.

ID quod prætio caret, & de sui natura est inuendibile, non facit ad debiti solutionem: Igitur patronus licet sit non soluẽdo, seruo libertatem dare poterit.

Antecedens probo.

Datur proportio qualitatis inter rem venditam, & prætium receptum: At inter seruum, & aurũ nulla penitus proportio: Cum seruus sit homo: & homo sit dominus omnium, & dominus a bonis emi non potest. Igitur.

R. quòd homo dupliciter consideratur.

Vel quo ad naturam,

Vel quo ad mores,

Si consideretur quo ad naturam, concedo quòd sit inuendibilis, cum sit omnium dominus, vt dicit ratio.

Si vero cõsideretur quo ad mores: Dico quòd est vendibilis.

Nam mores mali sunt in causa, quod homo nobilitatem, & dignitatẽ suam perdat.

2 Contra, quòd mores nullo modo tollere posiunt homini dignitatem.

Nullum

Nullum accidens tollere potest rei substantiæ nobilitatem, & dignitatem: At mores sunt accidētia, qualitates: Igitur non possunt hominis substantiæ nobilitatem tollere. Maiorem probo. Nam accidens est posterius substātia. Igitur.

R. quòd accidens dupliciter consideratur.

Vel quo ad nobilitatē naturæ substantialis. Et hoc modo non potest hominis dignitatem auferre, vt dicit ratio: vel quo ad nobilitatem operationis, & libertatis, & hoc modo tollit nobilitatē: Nam carceribus traditur: Catenis vincitur, & alia huiusmodi sentit.

3 Contra.

Libertatis dignitas posita est in corde, & voluntate: At ista vinciri non possunt. Igitur responsio nulla. Minorem probo. Nam homo licet mille vinctus sit catenis, tamen semper inuitis omnibus amare, & non amare, velle, & nō velle semper potest: At ista signa sunt libertatis. Igitur.

R. quòd actus libertatis dupliciter consideratur.

Vel intrinsece, & hoc modo currit argumentum, quòd tolli nō potest, vel consideratur extrinsece, & hoc modo tollitur, sic nolente interne latrone carceribus traditur, & cruci affigitur Aman cum ĉinericio.

4 Contra, quòd tolli non potest actus exterior.

Quod est vnitum alicui essentialiter, & naturaliter, tolli ab illo nō potest: Patet de igne, & de calore, de terra, & grauitate, quę nullo modo tolli possunt ab illis.

Sed actus exterior hominis, vt loqui, tangere, & operari sunt vnita essentialiter libertati. Igitur.

Probatur minor. Quoniam sicuti posito igne sequitur calor, sic posita anima in corpore, & operatio sequitur in corpore. Et cum anima tolli non potest: Nec libertas. igitur nec operatio exterior.

R. quòd tolli aliquid fiat dupl.

Vel vt dicit destructionem,

Vel vt dicit impedimentum.

Si consideretur primo modo, dico quòd seruo nō tollitur libertas: sic nec igni calor, vel terræ grauitas: Si vero tolli dicit impedimentum: Dico quòd tollitur libertas. Nā impeditur, ne possit operari: vti tollitur operatio lapidis ne in profundum descendat cū in columna collocetur.

5 Contra quòd non possit impediri.

Si de quo magis videtur nō iesse, et inest: ergo, & de quo minus: At cum magis videatur, vt opus malum impediatur, quam libertas apta ad malum, & tamen opus malum

malum non poteſt impediri. Igitur nec libertas. Minorem probo. Cum opus magis noceat, quàm voluntas libera. Vt homicidium actu. Minorem probat Imperator dicēs. Semel cauſa approbata, ſiue vera ſit, ſiue falſa non retractatur. Igitur non impeditur.

R. huius difficultatis eſt multiplex.

Prima licet mala cauſa non retractetur, vt cognoſcatur ignorantia, & malignitas Prætoris. Tamen impeditur, ne exequutionem habeat.

Secunda. Non retractatur propter ſolemnitatem ſub qua fuit data, in reuerentiam Principis, & officij honorem, tamen de damno proximus recompenſatur. Sic Alexander Imperator, dū ebrius falſam dederit ſentētiam poſtea ſobrius non reuocauit, ſed damno ſatisfecit.

Tertia. Non retractatur, quoniam ante prolationem Aduocatores poterant contradicere. Vt ſua dignoſcatur negligentia, nō retractatur.

4. Reſponſio. Illa lex non dicit impoſsibilitatem, ſed difficultatē, vt ff. de mino. Vbi dicitur, quòd libertas ſemel collata non retractetur, niſi magna ex cauſa. Ecce igitur quomodo data cauſa magna, retractari poteſt.

5. Reſponſio. Non poteſt ab eodē Iudice retractari, niſi ſit Supremus, alioquin illi manus abſcindetur, tamen ab alio retractatur & reſcinditur. Ita etiam impeditur.

6 Contra.

Illud quod neceſſe eſt eſſe, non poteſt retractari, & impediri. Nam ad neceſſe eſſe ſequitur impoſſibile eſſe. Sed ad ſententiā malam datam ſequitur neceſſe eſſe. Igitur impoſsibile. Igitur irreuocatio.

Minorem probo. Res dum eſt neceſſe eſt eſſe. Quoniam exiſtentia fundatur ſuper entitate. ex Ariſto. in perihermenijs logicalibus.

R. quòd neceſsitas duplicem habet reſpectum.

Alterum ad rei naturam in exiſtentia, & hoc modo argum. currit.

Alterum quo ad permanentiam, & hoc modo non currit, quoniam non eſt neceſsarium.

Hæc de examine.

CONCL. XIIII.

De iure perſonarum.

Licet poteſtas multis modis dicatur, tamen pro nūc dupliciter ſumitur, ſcilicet pro Poteſtate

Potestate parentum: & pro Potestate patronum.
Prima potestas est naturę.
Secunda est potestas gentium.
Prima respicit filios genitos.
Secunda respicit seruos captos.
Prima habet dilectionem.
Secunda habet violentiam.
Prima dat amorem cũ timore.
Secunda dat timorem cum flagello.
Prima dat mensam cũ honore.
Secũda dat panem cum labore.
Prima potestas est vita propter vitam, quoniam pater in filij vita, vitã conseruat.
Secunda est in vita cõtra vitã. Nam dum seruus Patroni vitam in bello auferre volebat. Vitam a domino conseruatam, Patroni vitæ serui tute seruare debet.
Prima potestas filios si verè sint filij semper facit haredes.
Secunda seruis facultatem tollit ne haredes constituant: licet aliquando seruum fidelem liberum, & haredẽ ordinet.

Prima acquirit filio.
Secunda, spoliat seruum.
Prima castigat filios humaniter.
Secunda sæuit in seruos bestialiter.
Prima ab Imperatore laudatur & tuetur.
Secunda ab Imperatore corrigitur, & damnatur.
Idcirco de secunda pono hãc cõclusionem.
Patronus non potest
Seruum
Occidere,
Sæuire,
Flagellare,
Infamare,
Prostituere, nec
Impedire,
Non potest occidere, quoniam non est Iudex.
Non potest sæuire in seruum, quoniam seruus non est iumentum.
Nõ potest flagellare, quoniam est homo.
Non potest infamare, quoniam obediens est.
Non potest prostituere, quoniã solum

solum laboris, & non honoris est patronus.

Non potest impedire seruũ dũ ad Aedem confugit scierã: vel ad Principis statuã currit, quoniã super Ecclesiã, vel Principis statuã nulla est potestas.

Hoc Antoninus Pius Imperator aduersus patronos impios, crudeles, ferinos, atque sanciuit, & potissimũ contra Sabinum ex Juliorum familia, nimis i seruos sauientem. Hinc si seruus occidebatur a patrono: Patronus mortis noxius erat.

Addo tamen quòd

Patroni crudeles vendere cogebantur seruos, & pretium tenere: Ne de vsu rei fieret abusus, & de re sua iure gentium possessa fieret domino iniustitia.

Hæc de conclusione.

EXAMEN.

In quo probatur, quòd confugientes ad Principis statuam: vel ad Ecclesiam non sint securi.

ARG. I.

Ecclesia, nec Princeps debent fauere malis: At seruus fugiẽs est malus, cum sit patrono rebellis: Igitur non debet illis fauere, assecurando illos.

R. quòd rebelles sunt in duplici gradu.

Alij simpliciter,
Alij secundum quid.

Valet de rebellibus simpliciter, qui sine causa fugiunt dominos, & patronos: Non autem de rebellibus qui fugiunt dominorum Tyrannidem, & sæuitatem. Nam isti saluantur, & præcipue si veniunt sine armis. l. si seruus. C. de his qui ad eccl. confugiũt.

2 Contra.

Ecclesia non saluat Iudæum in eã confugientem dicit Panormita. Igitur nec seruum assecurabit.

R. dupliciter. Dicit Syl. & alij Doctores: Immunitas 3. §. 3. quòd priuilegium cum sit gratiosum saluat etiam Iudæum. Nam hoc modo induci potest ad fidem.

2 Responsio Panor. est: quòd non est par ratio de Iudęo, & de ser-

uo

suo. Nam seruus confugit ad ecclesiam, & Principis statuã: quoniam ecclesiam tenet, vt matrẽ, & Reginam, & Principem iustitiæ tenet esse cõseruatorem: At Iudæus confugit ad ecclesiã nõ propter fidei zelum, sed vt a creditore liberetur: Idcirco ecclesia seruum, & non Iudæum assecurat.

3 Contra.

Ecclesia non potest saluare, vel assecurare delinquentem in illam. Igitur minus saluabit seruũ delinquentem in patronum. si de quo minus: ergo de quo magis. Probo antecedens. cap. fin. extra eodem. Idem in cap. conquestus de senten. excomm. Expoliantes ecclesias, cũ effractione portarum: vel clausuræ, vel parietũ: vel tectum discooperientes, sunt excommunicati, ideo ab ecclesia exclusi. Consequens patet. si nõ potest in suo loco, peccantem in se, nec illum qui in alieno delinquet loco. Si Dux in suo castro peccans non potest saluare, quo modo saluabit, qui in Prædio ciuis, Maiorẽ vim in suo habet castro, quàm in alieno agro.

Secundo, ibi vnus consensus. At in alio sunt duo cõsensus, & suus, & offensi.

R. quòd ecclesiam non posse saluare delinquentem in se stat dupliciter.

Vel quia non habet vim saluandi, & hoc modo dico, quòd est falsum, cũ in ecclesia omnis vigeat potestas, vel quoniam nõ est iustum, vt saluet, & assecuret, & hoc modo est vera ratio, quòd non potest saluare. Nam expolians ecclesiam se exclusit per excommunicationem ab ecclesia. Secundo offendit ecclesiam: Idcirco non meretur saluari. Et hoc modo argumentum currit.

4 Contra, quòd in ecclesia non sit vis saluandi. Qui ensem Imperatoris aufert, brachiumque offendit, nullo modo tueri, assecurarique potest ab Imperatore cum assecuratio defensioque in brachio, & ense sit posita: At latro, & effractor ecclesiæ offendit ecclesiæ potestatem, quoniã illam non timet, nec veneratur, expoliando. Igitur saluari non potest ab ecclesia.

R. quòd ratio valet de corporali offensa, non autem valet de spirituali. Offensio in corpore tollit vim defensionis: Non valet de spirituali. Nam nunquàm offendi potest. Idcirco semper potest saluare, & assecurare, nisi iniustitia intercedat.

5 Contra.

Illud offendi potest cui inest oppositum, vel habet oppositum: Patet de virtute offensa à vitio: De bono a malo: At potestas, & immunitas

munitas ecclesiæ oppositum habet: Nam habet temeritatē, Tyrannidem, & pessimos homines rebelles, audacesque nimis. Igitur potest offendi, & de facto tollitur. Patet in Turca, Iudæo, & hæretico.

R. quòd offensio dupliciter consideratur.

Vel quo ad substantiam, & naturā emunitatis, & potestatis, & hoc modo offendi non potest, cum superemineat omnibus oppositis, vel quo ad virtutem, vel effectum, ac gubernationem, & hoc modo offenditur, quoniam violentia hæreticorum, Tyrannorum, & infidelium, non permittit suam exercere vim, & hac via ratio currit.

6 Contra, quòd in essentia offendi potest.

Opposita sunt formę cōtrariæ, quę vicissim se expellunt essentialiter, & successiue ab eodem subiecto, vt dicit Philosophus, & experientia docet de calido, & frigido, humido, & sicco: Nam alterum secundum essentiā tollit, cum duo contraria non possunt esse in eodem. At potestas, & rebellio sunt opposita: ergo.

R. quòd regula valet de oppositis corporalibus, & elementalibus: Non autem de spiritualibus, vt est emunitas, quæ est priuilegiū ecclesiasticæ libertatis, compræhendēs libertatem personarum ecclesiasticarum, & rerum ecclesiarum. Nam tolli nō potest, impediri tamen potest.

Hæc de examine.

CONCL. XV.

De potestate liberorū ex iustis nuptijs. Hinc has pono conclusiones.

Prima. Parentes dicuntur non solum pater, & mater: sed etiā Auus, & Auia, et superiores. ff. de verbor signific. l. appellatione. Idcirco potestatē habēt non solum pater, & mater, sed & maiores: Nā quicquid habent filij a parentibus proximis, & parentes habent ab Auo, & Auia filiorum, & sic ascendendo.

Cum igitur potestatem habent parētes ī filios, quoniā sunt caro, & substantia eorum: Et superiores eandem habebunt potestatem; quoniam substantiam

ſubſtantiam ab ipſis ſuperioribus acceperunt: Et ſic in alijs.

Secunda concluſio.

Poteſtas filijs varijs gradibus dominatur. Nam

Alij filij ſunt ſclaui.
Alij vt ſerui.
Alij vt nobiles.
Alij vt maiores, & minores.
Alii vt æquales.

Francigenæ alias vt ſclauos habebant filios.
Barbari vt ſeruos.
Germani, & Hiſpani vt nobiles gaudet.
Reges, & Principes, vt maiores, & minores.
Naro, vt Principatus in ſuis viribus permaneat, primogenitum ſuper omnes alios filios conſtituit: Aliis alia minora bona donat, & legat. Ne ex eadẽ fortuna par inſurgat diſcordia, & bellũ.
Romani vero, & Itali filios omnes æquales habent in amore: Dignitate, dominio, & libertate.

Tertia Concluſio.

Pater in filios quo ad poteſtatem reſpicit.
Subſtantiam,
Voluntatem,
Sacra,
Artem,
Peculium,
Iuſtitiam,
Aduentitia,
Teſtamentum,
Perſonam,
Matrimonium, &
Nepotes, filiorum.

Nam in his omnibus eſt Dominus, & patronus.
Eſt enim patronus quo ad ſubſtãtiam corpoream, quia eſt Pater.
Quo ad voluntatem, quia eſt maior.
Quo ad ſacra, quia eſt fidelis.
Quo ad artẽ, quia eſt Præceptor.
Quo ad peculium, quia eſt prouiſor.
Quo ad iuſtitiam, quia eſt ſapientior.
Quo ad aduentitia, quia eſt cõſeruator.
Quo ad teſtamentum, quia eſt dominus.

dominus.
Quo ad personam, quia est indigens.
Quo ad matrimonium, quia est fideiussor.
Quo ad nepotes, quia est causa causæ.

3. Addo.

Est patronus quo ad substãtiã: Quoniam natura suorum effectuũ est domina, vt patet in Animalibus, & plantis.
Quo ad voluntatẽ propter obedientiam.
Quo ad sacra (si orthodoxus est) propter Religionem.
Quo ad Artem, & scientiam, propter exercitium.
Quo ad peculium, propter commoditatem.
Quo ad iustitiam, propter honorem.
Quo ad aduentitia propter thesaurizationem.
Quo ad Testamentum, propter dispensationẽ quæ patri incumbit.
Quo ad personã, propter fames necessitatem. Nam illum infamis necessitate vendere potest.
Quo ad Matrimoniũ, propter pacem, &
Quo ad nepotes propter delitias, & gubernationem.

EXAMEN.

In quo probatur, quòd filij non debent esse in potestate parentum.

ARG. I.

MVlti parentes sunt mali: Igitur non debent habere in filios potestatem, quoniam mali erunt. Antecedens probo de Iudæis, & de Turcis, & de hæreticis, cum pessimi sint, & Idolatræ filios docent malitiam, & sic mali euadunt.

Addo est iniuria maxima Christo, quem negant, & ecclesiæ quam persequuntur.

R. quòd parentes habere potestatẽ in filios est dup.
Vel quo ad naturam,
Vel quo ad mores malos.
Si considerentur quo ad mores malos, non habent potestatem, vt dicit argumentum.
Si vero considerentur quo ad naturam habent potestatem. Filij sunt caro parẽtum: Parẽtes sunt Dominio suæ carnis. Igitur & filiorum.

Secundo.

Secundo. Permittit ecclesia Iudęos habere potestatem ne filios occiderent, qđ est scelus pessimum. Contra, quòd non respectu naturæ possint esse domini.

Parentes non habēt potestatem in filios filię, ergo nec suorum filiorum, cum eiusdem sint naturæ filia, & filij eius.

R. quòd non est simile de filijs parētum, & de filijs, filiæ: Nam filij non matris dignitatē sequuntur, sed Patris: Pater enim dat formam vegetatiuam, & sensilem cum semine, à quo filius habet esse naturale, mater vero solum dat materiam, & vas in quo fœtus formatur. Idcirco pater, & non auus in filiæ filio potestatem tenet. Nil aui est in filio filiæ.

3 Contra.

Ille non potest esse dominus, vel potestatem habere super illud, quod destruit, & occidit. Nam quam potestatem habebit Dux super castrum effractum? Igitur cum parentes filiorum naturam peccati infectione tollant, ac occidant, nullam habebunt potestatis rationem. Dicebat Paulus. Per vnum hòminem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors:

R. quòd destructio est duplex.

Altera secundum esse substantiale, & de hoc currit ratio. Altera secundum esse virtutis, & accidentale, & de hac nō currit arg. Idcirco licet parentes sint in causa, quòd filij carent esse gratiæ, & longioris vitæ, tamen non tollunt partes faciētes ad vitam, & hoc modo manent domini filiorum.

4 Contra.

Inimicus naturæ caret potestate illius naturæ: Nam odit naturā, & odita respuitur, & quod respellitur nolumus sub nostra potestate: At parentes dum filios Innocentia, & gratia priuant diuina, odiūt illos: Igitur illos nolunt sua sub potestate.

R. quòd odio haberet, stat dupl.

Vel per se, } habere
Vel per accidens, }

Odio per se est velle omne malum alicui quo ad bona fortunæ, honoris, & vitæ, & hoc modo repellit a potestate, sed parētes nō odio habent filios: Immo amāt illos, odio vero habere per accidens dicitur esse quando ex aliquo concupito, & male desiderato sequitur parentum, & filiorum Gratiæ amissio, & hoc modo sequitur ratio. Nam dum parentes appetūt ciuitatem, regnique Imperium, a Rege non solum puniuntur, sed & filij cum propter illos parentes male appetierunt.

5 Contra. Qđ p se odio hñt filios.

Illud prædicatum dicitur esse per se quod est causa subiecti: vt animal rationale est prædicatum per se de homine, quoniam est causa hominis: At parētes sunt per se causa peccati filiorum. Igitur erunt per se odij causa, quoniam peccatum est causa per se odij. Igitur.

R. quòd propositio illa valet in causis naturalibus, & necessarijs, Non autem in causis volūtarijs, vt est peccatum. Nam peccatū non intenditur a parentibus, licet sequatur, quoniam illud nō facerent.

6 Contra, quòd valeat in voluntarijs.

Voluntas est magis natura, quàm alia entia. Nam voluntas est anima: Anima est forma parentū, forma est magis natura, quàm materia. Igitur valebit in voluntarijs. Igitur per se odio filios habebunt.

R. quòd voluntas dupliciter consideratur.

Vel quo ad constitutionem, & essētiam rei, & hoc modo est magis natura, vt dicit Philosophus, quàm materia, quoniam dat esse rei, & sic currit ratio. Vel quo ad operationem, & hoc modo nō currit ratio. Quoniam sicuti natura necessario operatur quo ad constitutionem rei: Tamen non quo ad operationem. Nam sicuti nō potest esse res sine materia, & forma, tamen forma, & voluntas possunt esse licet, non intelligant malum, vel appetāt, & velint malum. Hæc de examine.

Addo tamen de mēte Doctorum, & præcipue Ioannis Carmelitæ quàm parentes mali, vt heretici: Iudæi, & Turca dupliciter sumuntur.

Vel quo ad naturam,

Vel quo ad mores.

Quo ad naturam, non debent priuari potestate paterna, quoniā iniuria committitur contra

Ius naturale,
Ecclesiasticum
Christianum, &
Virtutes.

Contra naturale ius, quia causa generans, educans, & conseruans suo priuatur effectu, quòd est maximus error.

2 Contra ius ecclesiasticum: Nam post baptismum ex naturali inclinatione ad Iudæos reuertuntur, & sic iniuria fit sacramento.

3 Quia cristiani maledicerentur a Iudæis. sic tenet ēt Diuus Th. 3. p. q. 68. art. 10. & Duran. 4. D. 4.

Scotus, & alij tenēt, quòd Princeps posset hoc facere. quoniam Princeps posset illos nobiles facere, & ditare, vnde relapsus ad parētes facilis non esset.

Hæc sufficiant.

CON-

CONCL. XVI.

De matrimonio, & nuptijs legitimis. Vbi solum matrimonij definitionē, vel descriptionē explicabo. Quæ talis cōmuniter ab omnibus fere Doctoribus Legistis, Canonistis, & Teologis assignare videt.

Nuptiæ iustæ, siue matrimonium dicitur esse viri, & mulieris inter legitimas coniunctio personas maritatas.

Indiuiduam vitæ consuetudinē retinens, ad prolem procreādam. In qua dicit septem verba præcipua. Nempe dicit quòd sit

Nuptiæ,
Matrimonium,
Coniunctio,
Viri & mulieris,
Maritalis, inter legitimas personas
Consuetudo
Indiuidua vitæ,
Ad procreandam prolem.

2 Dicit, quòd sit nuptiæ, propter vxorem.
Matrimonium propter offitiū,
Viri & mulieris, contra bestialitatem.
Maritalis propter sacramētū,
Inter legitimas personas propter ætatem.
Consuetudo, propter institutionem.
Indiuidua, propter inseparationem.
Ad procreādam sobolē propter finem.

3 Dicit quòd sit nuptiæ, quoniam sponsa debet velari, vt sit

Verecunda,
Casta,
Humilis,
Cauta, &
Subdita.

Verecūda in ecclesia.
Casta in corpore, et exēplo.
Humilis in domo, et familia.
Cauta ī aspectu, & ornatu, et
Subdita viro.

Dicit matrimonium, quoniam sponsa nō solum fit Mater, sed quoniam multa onera defert. Nam
Ante partum est onerosa,

In

In partu, dolorosa,
Post partum laboriosa,
Cum partu anxiosa, &
Ad partũ cruciosa, propter nutritionem, & educationem.
Et Iudiciosa quia verum.
Addo. Dicitur matrimonium à matre, quouiam in matre nõ solum est munium, idest monẽdi offitium, sed etiam filij maxima certitudo. Vide 4. sent. Lectio. 58.
Dicit viri, & mulieris ad tollendam bestiarum vnionem pessimam respectu rationalis naturæ.
Dicit coniunctio quæ potest esse non solum quo ad animum tantum, vt inter Mariam, & Iosephum.
Vel quo ad corpus tantũ, vt inter discordes: sed inter corpus, & animã, vt inter omnes spõsos, & sponsas: De quo hoc in loco.
Dicit maritalis, quoniã est sacramentũ a Deo ordinatũ ad fornicationem vitandã.
D. Inter legitimas personas, propter ætatem.

Nã sponsa annũ 12. requirit, quia tunc potens est viri, et sponsus annum 14. Mulier tũc stimulos maiores habet.
Idcirco sponsalia a nuptijs differunt. Quoniam sicuti in spõsalibus, quæ sunt 7. annorũ sufficit consensus sine cõcubitu, sic in nuptijs cum cõsensu requiritur concubitus, licet aliquando propter contẽplationem, cesset carnis coniunctio.
D. Consuetudo: quoniã apud omnes nationes nuptiæ reperiuntur, sed non vere apud omnes dicitur esse sacramentum. Nam apud Infideles dantur Nuptiæ, & matrimoniũ, sed non est sacramentum, quia baptismo carent. Nullus suscipit sacramentũ sine Baptismo: Infideles carent baptismo, qui est sacramẽtũ oĩum Ianua. Igitur.
In ecclesia vero dicitur
Sacramentum,
Ratum,
Legitimum, &
Indissolubile.

Sa-

Sacramentum, quoniā pro fundamento habet baptismum, & gratiam confert.
Ratum, quoniam solui non potest.
Legitimum, quia secundū ordinem ecclesię, & conciliorū.
Indissolubile, quoniā usque ad mortem durat.
D. indiuidua, quo ad amorem, & affectionem. Nam licet quo ad personam sint seiuncti vir, & uxor, quo ad amorem, tamen, vel victum, et cohabitationē debent esse uniti. Idcirco antiquitas nouo cingulo spōsam cingebat: caputq; eius hasta celibari, quæ in corpore Gladiatoris abiecti, occisiq; stetisset, comebatur.
D. ad procreandam prolem, vt verbum domini sit obseruatum, dum inquit. Crescite, & multiplicamini. Nam in consensu requiritur promissionis, & obligationis habilitas.
Addunt aliqui: diuini, & humani iuris communicatio.

Quoniam Christianus non potest cum Iudea, Turca, nec hæretica nuptias habere, nisi cristiana fieri cupit.
Vxor forum mariti sequitur omni.
D denique quòd nuptiæ debēt esse iustæ. Sunt iustæ, quando concurrunt.
Aetates sponsorum,
Consensus parentum
Satisfactio dotis, & cultus paritur.

Dubium oritur.

An filia Furiosi: Vel filius possint sine patris consensu contrahere.
R. quòd in matrimonio sunt Filia, Filius, Nepos, & Emancipatus — *Filia furiosi nubere potest sine patris cōsensu cum iudicio caret: Et filia stimulos acutissimos carnis patitur, quibus fragilitatem fœmineam in maximum potest deducere periculū honoris.*
Filius pariter potest sine patris furiosi uxorari.
Emancipatus potest sine patris con-

consensu, nubere, tamen honoris causa habere.

Nepos requirit non solũ patris consensum sed etiam Aui, in cuius est potestate.

Neptis in nuptijs debet aui consensum habere, & sufficit l. oratione ff. eod.

Hæc quo ad diffinitionem.

EXAMEN.

In quo quæritur: An requiratur idem cultus: & probatur quòd non.

ARG. I.

IOsephus Sanctissimus Patriarcha cõtraxit cum Aegyptia muliere, & Moyses cum Ethyopissa: Igitur christianus contrahere poterit cum Turca, & Iudæa, cũ sit minoris perfectionis.

Responsiones sunt multæ.

1. Duxerunt illas mulieres, quoniam non illæ ad idolatriã trahere poterant Sanctos illos: sed illi ad veram illas trahebant latriam.

Nos autem debiles facile in mores illarum ex carnali affectione, trahi, & prolabi possemus. Idcirco prohibetur.

2. Responsio. Nuptiæ illæ figurabãt Christum verum Iosephum assumpturum carnem humanã ex peccato nigram, & tetram.

3. Responsio. Matrimonium illud erat imperfectum: Nunc perfectissimum: cum sit sacramẽtum nouæ legis, idcirco fideles requirit personas.

4. Responsio. Non debet fieri propter scandala maxima.

2 Contra quòd possit esse cũ infidelibus, & fidelibus.

Vbi finis idem, & media erunt eadem, cum finis, & media sint relatiua: At in matrimonio idem est finis Iudæi, & Turcæ, & fidelis, quòd est proles: Igitur, & media eadem. Igitur poterunt concurrere in matrimonio.

R. quòd media sunt in duplici differentia in matrimonio.

Vel quo ad naturalia,

Vel quo ad moralia.

Sunt eadem quo ad naturalia, vt dicit argumentum: tamẽ quo ad moralia sunt contraria. Et sic nõ potest esse.

3 Contra.

Vbi est eadem forma, & materia, ibi est eadem operatio, & mos: At in matrimonio infideliũ est eadem forma, & materia cum fideli, quoniã consensus qui dicitur forma, & materia quę sunt verba exprimentia eadem sunt.

Igitur

Igitur eadem operatio,& mos. Nam idem inquãtum idem,idẽ semper operatur. Ignis semper, vt ignis semper calefacit.

R.quòd est idem matrimonium fidelium,& infidelium quo ad causam materialem, & formalẽ, vt inquit ratio: Tamen non est idem quo ad modum. Nam fideles tenent esse non solũ a Deo vt Deus,sed etiam a Christo, vt Deus,& homo: Hanc fidem negant Iudęi,& Turca.Idcirco idẽ non est cum fidelibus,& in fide quia causam efficiẽtem Christũ negant.

4 Contra.

Illa quæ possunt fieri per pauciora nõ debent fieri per plura: At matrimonium fieri potest sine Christo efficiente,cum consensus simul sit causa formalis,&efficiẽs. Igitur.

R.quòd propositio est diminutè adducta,oportet addere. Et æquæ bene sicuti per plura: At licet sit ibi efficiens Agens particulare, q̃ est consensus:deficit tamẽ Agens vniuersale: quod est Christus. Non sufficit in cõtractibus publicis voluntas particularis ementis, vel vendentis,sed requiritur etiam consensus, & voluntas efficiens Principis,à quo principaliter, manet rei firmitas, & stabilitas.

5 Contra,quòd sine Christo possit esse istud matrimonium.

Accipio Iudæum,& Iudæam vxoratos.Vel coniunctio illa dicitur esse vere matrimonialis:vel non est vera.

Si est vera comunctio matrimonialis,habet propositum.

Si non est vera coniunctio. Tunc alter conuertatur.

Quæro nũ possit aliam ducere, necne? Si potest ducere.igitur ecclesia non debet permittere cohabitationem primæ, quoniam sic esset fornicatio.

Si non potest ducere: igitur matrimonium verum: At in illo Christus non fuit cognitus.ergo.

R.quòd erat sacramentum imperfectum, nam non conferebat gratiam,vt perfectum, & a Christo ordinatum.

6. Contra.

Illud dicitur esse perfectißimum, quod dißolui non potest:Matrimonium istud non potest dissolui.Igitur.Maiorem probo. Illud dissolui non potest à sponso qđ est in iure, dominio, & alterius voluntate obligatum. At consensus spõsi est obligatus sponsæ, & sponsæ, sponso: Igitur dißolui non potest.

R.Valet ratio dum obligatio sit cõformis legi Principis: At in matrimonio infideliũ obligatio repugnat Principi Christo non tenet.O permittit cohabitare.

R.quoniam conuersionẽ sperat ecclesia.

clesia. Tamen si cum iniuria Saluatoris alter maneret, dissolueretur. Hæc de examine. Vide 4. sent. Syluestrani Lect. 62.

CONCL. XVII.

De impedimento consanguinitatis in matrimonium.

Consanguinitas ĩpedit matrimonium contrahendũ, & dirimit contractum.

Pro intellectu conclusionis obseruo, quòd cognationis datur triplex gradus. Videlicet.

Carnalis,
Legalis, & } Gradus
Spiritualis.

Carnalis est ex sanguine,
Legalis ex adoptione,
Spiritualis ex sacramentis,
Carnalis pẽdet ex generatione
Legalis ex amore, &
Spiritualis ex Gratia,
Carnalis oritur a parentibus: Legalis ab homine, a muliere, & à Principe, & spiritualis à Deo, à Christo, & à Sacerdote. A Deo principaliter, à Christo meritoriè & a Sacerdote ministerialiter.

Addo, quòd in præsenti conclusione, solùm de consanguinitate, & de adoptione verba facere propono. Scire igitur oportet, quòd in consanguinitate tres sunt lineæ, vnde sumitur impedimentum. Nam

Prima linea est descendentiũ.
Secunda linea est ascendentiũ.
Tertia linea est transuersaliũ.

In prima linea descendentium sunt isti gradus. videlicet. Pater, filius, Nepos, pronepos, Trinepos, Trineptis, Abnepos, Apneptis, et successiue.

In linea ascendentiũ sunt filius in Patrem: Pater in Auũ: Auus in Abauũ: sic in Auiam: Aptauium, & Aptauiam, vsque ad radicem.

In linea trãsuersali sunt patrueles. i. qui ex duobus fratrib. nati sunt, & ex illis alij vsque ad quartum gradum. Et quicquid dico de fratribus,

bus, idẽ valet de sororibus. Modo conclusio sic declaratur.

In linea recta descendentiũ, & ascendentium, in infinitum prohibetur matrimonium. Ideo si Adã hodie vixisset uxorem non inueniret.

Ratio est quadruplex.

Prima. Quoniam est caput & radix totius naturæ humanæ: At caput, nec radix, assumunt pedes, vel fructum ad productionem eorum, cũ posterius non faciat ad prioris fœcunditatem: Igitur.

Secunda ratio est propter maximam reuerentiam, quę debetur parentibus primis, & remotis. Parentes semper excedunt filios: At in matrimonio sponsus, & sponsa, sunt æquales. Igitur.

Tertia ratio. Matrimoniũ fit propter unionem, & vinculum separatorum: At parentes sunt vniti adinuicem. Igitur vnione, & ligamine non indigent. Manus non vnitur brachio, nec brachiũ corpori: Nec corpus cordi quod est radix: cũ sint maxime vnita, sic dico de parẽtibus.

Quarta ratio.

Idem nõ vnit sibi seipsum: At filij nepotes, & successiue sunt idem quòd Adamus: Nam sanguis facit generationem. Idẽ sanguis filiorũ, & parentum: Igitur. Hæc de prima linea.

In linea vero trãsuersali prohibitio est vsque ad quartum gradum inclusiue. Vnde supra quartum gradum licite contrahere possumus. Patet de consanguinitate, & affinitate. Capite. Non debet. Lex vero vetus vsque ad septimum prohibebat.

Ratio, cur solum sit prohibitio vsque ad quartum gradũ? Dicerem: Quoniam sanguis vltra non se extendit respectu affinium, sed in quarto cessat virtus.

Apparet in exemplo. Dicunt quòd parentes, filij, et nepotes, sunt sicuti arbor: At ar-

bor solũ habet quinque quibus perficitur. Videlicet.

Habet Radicem
Truncum,
Ramos,
Flores, &
Fructus.

At vltra hæc nil habet. sic dicẽdum venit in consanguinitate. Nam,

Radix sunt Parentes,
Truncus primi filij,
Rami Nepotes,
Flores pronepotes, &
Fructus trinepotes.

At post istos gradus, nullus alius datur: Ideo matrimonium licite fieri poterit. Idẽ de fœminis.

Addo.

Filia adoptiua, vel legalis in vxorem duci non potest.

2 *Soror per adoptionem nõ potest esse tibi vxor. Nisi pater te emancipauerit, vel illam. Ratio quoque tibi vnita est legis vigore.*

3 *Filia illius mulieris quã pater tuus adoptauit potest tibi vxor esse. Ratio est. Quoniam nec naturaliter: Nec ciuiliter tibi est vnita.*

4 *Socer Generũ adoptare non potest, nisi filiam emancipauerit, vel filium, si nurum adoptare voluerit. Ratio sunt vnum, & idem. At idem seipsum non adoptat: Adoptatur alienus: Alienus est extra adoptantem. Igitur.*

EXAMEN.

In quo probatur quòd inter parentes: Inter nepotes: & consanguineos poßit esse matrimonium.

ARG. 1.

INter illas personas potest esse matrimonium, inter quas vinculum vnionis non datur: At inter parentes, vel fratres, vel patrueles non datur vnionis vinculũ. Igitur. Maior est vera: Mino. probo. Consanguinei, non sunt vniti, Nec in specie: Nec in numero, Nec in similitudine. Non in specie quoniam omnes homines essent consanguinei, quia eiusdem speciei: Nec in numero, quoniam numero distinguuntur.

tur. Nec in ſimilitudine, cũ nati de parentibus diuerſis multoties magis aſsimilãtur, quàm nati de eiſdem. Igitur. aſsumi poſſunt in matrimonium.

R. quòd vnio dupliciter conſideratur.

Vel quo ad ſubſtantiam, & hoc modo non ſunt vniti, cum ſubſtantia vnius ab altero eſt ſeiuncta, & hac via ratio currit: vel quo ad originem: quoniam a tali ſtipite, radice, & ſemine procreantur, & hoc modo ſunt vniti, & per conſequẽs impedimentum exurgit. Nã ſicuti rami ſunt diſtincti ab inuicem, ſed in arbore vniti, ſic parentes.

2 Contra.

De ſimilibus idem eſt iudiciũ: Modo licet bruta ſint ab eodem ſtipite, & radice, tamen non habẽt rationẽ vinculi, & vnionis quoniam indifferenter miſcentur.

R. quòd aliqua eſſe ab eodẽ ſtat dupliciter.

Vel quo ad naturam, }
Vel quo ad cognitionem, }

Si bruta conſiderentur, quo ad naturam, dico quod ſunt vnita vti homo: Cum in illorum propagatione ſemẽ deciditur, & communicatur, vt in homine, & ſic argumentum militat: ſi vero cõſiderẽtur quo ad cognitionem: dico quòd deficit argumẽtum. Quoniam carent ad longum tẽpus cognitione filiorum, & filij parentum, & ſic miſcentur. In homine cũ remaneat cognitio parentum, & filiorum, remanet etiam vinculi cognitio, & per cõſequens impedimentum.

3 Contra, quòd nõ ſit ratione vinculi cogniti, vel naturæ.

Quæ ſunt indiuiſa naturaliter, in ſe ſunt diſtincta a quocunque alio naturaliter. Igitur frater cum in ſe ſit a ſorore indiuidualiter diſtinctus à ſorore ſerit diuiſus. Nam indiuiduum dicitur in ſe indiuiſum, & a quocunque diuiſum. Igitur illam aſſumere in vxorem poterit.

R. quòd indiuiſio dupliciter ſumitur.

Vel quo ad exiſtentiam, & hoc modo concedo quod frater à ſorore eſt diuiſus, vt dicit argumentum, & hoc modo. Alter coadiuuando alterum ſuſcipere poterit: Vel quo ad naturam, & eſſẽtiã, & hoc modo dico, quòd nõ ſunt diſtincti, ſed in eadem vinculati natura, & hoc modo impedimentum intercedit.

4 Contra, quòd in natura ſint diſtincta.

Operationes ſororũ, & fratrum, & filiorum ſunt diſtinctæ, & contrariæ. Igitur, & naturæ. Antecedens patet. Nam Pater ſępe auarus, & filius prodigus: Frater irreligioſus, & ſoror deuota, & pacifica.

sificā. Consequens patet. Natura est principium motus, & quietis. Igitur vbi diuersus motus, & natura. Igitur alter alterum assumere poterit.

R. quòd naturas esse disiūctas, & seiunctas, stat dupliciter.

Vel quo ad complexionem, & hoc modo sunt seiuncta, vt dicit argumentum. Vel quo ad essentiam, & hoc modo non sunt distincta.

5 Contra, quòd non quo ad naturam.

Qualis est complexio, talis est natura: At complexio diuersa, & diuersum facit separationem. Igitur, & natura. Patet ex Auerroe colliget 7. cap. 16. de Sinopi. Complexio calida vel frigida ex causis intrinsecis, causæ intrinsecæ sunt materia, & forma, & materia, & forma sunt natura. Igitur cum in parentibus cōplexio sit a filijs diuersa, & natura.

R. Nam parentes melancholici, filij hilares. ergo.

R. Auerrois 2. de Generatione cō. 58. quòd complexio dupliciter sumitur.

Simpliciter, &
Secundum quid.

Quę differunt in complexione simpliciter differunt, & natura, vt homo & serpens, & hoc modo currit argumētum, quòd vnum alteri non est vnitum: Si autem sumatur secundum quid, dico quòd eadem est natura. Nam dicebat complexio secundū magis, & minus est in cadē specie. Si in eadem specie: Igitur in eadem natura Igitur vnita. Igitur matrimonium nullum.

6 Contra, quòd sit complexio simpliciter diuersa ergo & natura.

Illa differunt simpliciter quę differūt specie: At complexio patris differt specifice a complexione filij. Igitur simpliciter. Maior patet de Leone, & homine differunt simpliciter quia specie, & patet ex diffinitione. Quia alia, & alia. Minorem probo. Accipio Patrem senem, dicit Philosophus, quòd cōplexio senis est frigida, iuuenis vero calida 2. colli. c. 1. At calidum, & frigidū sunt non solum differentia specie, sed opposita in primo Grado. Ergo, & natura differunt.

R. quòd caliditas dupliciter consideratur.

Vel vt in elemento ignis, & sic differt equidem differentia opposito ab ipsa caliditate, vt dicit argumētum, & facit naturam diuersam: vel consideratur in mixto, vt in Sene, & Iuuene, & hoc modo non differunt nisi secundum magis, & minus, & per cōsequens complexio habet gradus varios. Nam in iuuene dicitur

tur

tur esse intensior, & in sene remissior. Modo ad argumentum. Quando dicitur senis est frigidus, & iuuenis calidus.

R. quòd loquitur comparatiuè. Nã comparat senem iuueni, & tanta est ĩ illo parua caliditas, quod magis debet dici frigidus, quàm calidus. In iuuene contrarium apparet. Nam dominatur caliditas super frigiditate, in sene frigiditas dominatur. Hoc habetur ex Auer. 2. colli. c. vlt. Ex ijs facilem habes conclusionem, quòd consanguinitas dicit vinculum personarum, & per consequens in matrimonium assumi non possunt.

Hæc de examine.

CONCL. XVIII.

Non potest fieri matrimonium inter Nurum: Vel priuignam præsenté: Vel præteritam.

PRo intellectu conclusionis declaro nomina. Dantur enim in arbore nuptiali hæc nomina: uidelicet.

Socer, Socrus, Gener, Nurus, Vitricus, Nouerca, Priuignus, Priuigna, Leuis, Glos, & Ianitrices,

Socer est pater uiri uel uxoris, Socrus est mater: Gener maritus filiæ, Nurus uxor uiri Vitricus est matris uir, ex alio natis.

Nouerca est mater filiorũ, sed ex alia matre natorum.

Priuignus, uel priuigni sunt filij nati ante secundas nuptias.

Leuir est frater uiri,

Glos est soror uiri: Et

Ianitrices sunt uxores duorũ fratrum.

2 *Addo, quod affinitas de qua Imperator dicit*

Est proximitas, Personarum, Ex coitu, Dicitur affinitas. Sine omni parentela.

Quoniam illi qui sine sanguinis coniunctione, per nuptias facti sunt coniuncti in arbore.

D. proximitas, quando actu in matrimonio fiũt solemnia.

D.

D. personarum, vt gradus ex utraque parte ostendat.

D. ex coitu, quoniã ut inquit Joã. Carmelita affinitas est duplex.

Altera naturalis, & legitima, &

Altera naturalis, sed non legitima.

Affinitas naturalis, & legitima dicitur esse illa, quæ ex nuptijs consurgit, in quibus personæ aptæ, & approbatę ostenduntur. Affinitas uero naturalis, sed non legitima est inter fornicatores.

D. ex coitu. Quoniam nisi sint una caro uir, & mulier non consurgit affinitas: Nõ possunt esse una caro nisi fiat commixtio sanguinũ utrorumq; : non erit commixtio nisi sit effusio seminum: Effusio non erit sine coitu. Igitur. Hoc Innocentius, Archidiaconus, & oẽs alij.

D. sine parentela: Vt excludat Gradus personarum in quibus nuptiæ minime fieri possunt. Qui durat usque ad quartum inclusiuè, non solũ in viris, sed in fœminis.

Modo ex ijs

Ponit Imperator has leges.

Prima. Inter nurum, & priuignam non possunt esse nuptiæ. Ratio. Inter filias, & patrem nõ sunt nuptiæ: At Nurus, & priuigna sunt loco filiarum. Igitur matrimonium nullum.

Secunda Lex. Inter socrum, et nouercam nuptiæ fieri non possunt. Ratio, sunt enim loco matris: At inter matrem non est matrimoniũ cũ filio: quoniam sunt cõiũcti.

Tertia Lex. Filii coniugum ex aliis matrimoniis licite nuptias cõtrahere possũt. Ratio est. Quoniam licet aliquo modo ex reuerentia parentum dicantur fratres: In rei ueritate non sunt coniuncti in fraternitate: Idcirco per matrimonium coniunguntur.

Quarta Lex. Non potest esse matrimonium inter filiã natam post diuortium, & maritum,

ritum, cum sit unita ratione uxoris, matris filiæ.

EXAMEN.

In quo probatur, quòd affinitas nuptias non impediat.

A R G. 1.

Consanguineis succedũt in bonis defuncti: Igitur, & in vxore. Patet consequens succedunt in bonis defuncti propter dominiũ defuncti: At defunctus dominabatur vxori, vt caput. Igitur.

R. quod dominium est duplex. Alterum cõmunicabile, vt domus, pecunia, & Regnũ, & hoc transfertur ad successores, vt dicit rõ: Alterum bonum, & dominium est incommunicabile alteri a primo Domino, vt mulier, & hoc dominium non transfertur. Nullam tenet potestatem post mortem. Et in vita manet semper impedimentum.

2 Contra.

Affinitas sequitur ex commixtione seminis viri cũ muliere: At post mortem non fit commixtio: igitur non erit affinitas. Patet. Cessante causa, & effectus. Cessante igne, vel Sole, & calor.

R. quòd ratio causæ sumitur trifariam. videlicet.

In posse } In posse, vt legere,
In facere, & { In facere, dũ actu
In fecisse. legit,

In fecisse, vt dum legit. idcirco sicuti dũ agit, actio apparet, sic post factum remanet opus. Ita dicimus quòd affinitas non solum est dum vir est in vita, sed post mortem remanet, & sic impedimentum facit.

3 Contra.

Quod non est non impedit illud, quod est: Igitur si vir non est nõ potest impedimentum facere. Patet a simili: Cessat filiatio mortuo patre, sic relatio vxoris ad virum.

R. quòd cessat impedimẽtum quo ad suppositum viri, non tamen cessat quo ad causam. Nam causa impedimenti fuit commixtio viri cum vxore, vnde facta fuit vna caro cũ viro: Idcirco sit mortuus vir quo ad personam propriam ipsi mulieri: Viuit tamen in illa caro eius: Ex quo impedimentum consurgit.

4 Contra.

Effectus non contrariatur suæ causæ: Igitur affinitas nõ impediet matrimoniũ cum sit a matrimonio causata.

R. quòd non contrariatur causæ a qua fit: Nempe matrimonio præterito: Tamen contrariatur futuro fiendo in consanguineis. Ra-

tio est in promptu. Nam cum mulier sit consanguineis mariti vnita; Non est necesse amplius vniri.

5 Contrà.

Mulier est affinis viro, quia vna caro: Et tamen matrimonium nô impeditur. Igitur minus impedietur post mortem.

R. quòd mulier nec vir non sunt affines, sed sunt affinitatis causæ.

Exẽplum de vnitate. Vnitas enim non est numerus, sed est numeri principium.

6 Contra sequitur absurdum.

Propter quod vnumquodque tale, & illud magis: Igitur si propter mulierem fit affinitas: erit mulier magis affinis: Hoc autẽ falsum est. Igitur non erit principium.

R. quòd propositio illa valet de prĩcipio in quo est formaliter, vel virtualiter virtus sui effectus: Non autem de principio materiali, in quo non est formaliter virtus, sed solum aptitudinaliter. In muliere non est formaliter affinitas, nec in viro, sed solũ aptitudo. Nam mulier apta est ad suscipiendum: Vir autem ad effundendum, & ex effusione, & receptione oritur affinitas.

Illa proportio verificatur de Sole, & de Igne. } Sol calefacit terram.

Ergo virtualiter magis calidus. Ignis calefacit manum. Igitur formaliter magis calidus.

Idcirco Syl. Aldobran. ponit regulam, & declarat. Quando duæ rationes finales, vel causæ, sunt respectu effectus, & singulæ sũt efficaces: licet vna cesset at pereat, Altera remanet, effectus non cessat sed remanet in suo vigore: Modo cum sponsa concurrat necessario in affinitate, licet pereat coniux remanet tamen affinitas.

Hæc de examine.

Exemplum affertur de brutis, quæ solent odio habere coitum cum consanguineis. Ait Philosophus 8. de Animalibus, quòd quidam Equus velatis oculis, cognouit matrem suam: discoopertis oculis, cognoscẽs naturali instinctu turpitudinem se præcipitauit, & puniuit. ergo.

CONCL. XIX.

Qui nuptias prohibitas contrahunt, pœnas ciuiles, & canonicas pati debent.

P*Oenæ in eos qui nuptias in iustas suscipiunt ijs legibus.*

Prima est, quòd vir non potest dici

dici maritus, nec mulier vxor: sicuti illi qui iuste nubunt.

Secunda non possunt vocari nuptiæ: quoniam verecundia non est: Non matrimoniū, quoniam nō sunt ad procreationem, sed ad libidinē: Nō dos potest dici pecunia, quoniam non est data ad substētationem, sed potius ad luxuriam.

Tertia lex. Filij ex coitu illo iniusto, non sunt in potestate parentum. Quoniam potestate caret, qui potestate abutitur. Isti legum potestatem spernunt: Igitur potestate naturali illi priuentur.

Quarta lex. Filij non dicūtur proprie filij, sed vocantur.

Conceptus vulgi, Nothi, & Spurij. — *Conceptus vulgi: quoniam sicuti illi incertum habent patrē, cum meretrix terminatum non admittat virū, sed indeterminatè vnicuique se prostituit; sic isti non habent patrem, quia habent contra legem.*

Dicuntur nothi, quoniam cum sint de patre incerto, sunt de familia incerta, & per consequens dicuntur Nothi. i. illegitimi.

Dicuntur Spurij, quoniam ex muliere ignota, & vili nati erant. S. P. i. sine patre certo.

Quinta lex Dos in nuptijs iniustis, nec donatio habet exactionis locum. Ratio. Turpiter danti nulla fit repetitio. vt ff. de condit. ob turpē causam l. si ob turpem. Hic causa est turpis. Igitur.

Sexta lex: Contrahentes hoc modo perdunt honorem, & in infamiam incurrunt. C. de incestu. nupt. l. qui cōtra. Addit Io Bap. quòd non solum infames notantur qui incestuosas nuptias facit, sed qui approbat illas: vel defendit. Patrocinium ut præstat dicitur infamis.

Hinc pro faciliori intellectu pono illa quæ impediunt nuptias

ptias contrahendas. Nam in duplici sunt serie. Quædam enim impediunt contrahendas, sed contractas non dirimunt.

Quę impediunt contrahendas, & dirimūt sunt duodecim. videlicet.

Crimen, Cognatio, Cultus, Error Conditio, Votum, Ordo Vis Ligamen, Affinitas, Honestas, Impotentia,

Crimē mortis, Cognatio sanguinis, Cultus dispar, Error psonę, Conditio seruilis, Votum religionis, Ordo sacer,

Vis insuperabilis, Ligamen indissolubile, Affinitas nuptialis, Honestas publica, & Impotentia virium. Crimen ex odio, Cognatio, malitiosa, Cultus contumeliosus, Error, ex suppositione, Conditio ex iure Gentium

Votum solemne, Ordo maior, Vis malorum, Ligamen primum, Affinitas iusta, Honestas familiæ, et Impotētia perpetua.

Hæc impediunt, ac dirimunt. Vide Syluestranū 4. senten. Lectio 60.

Impedientia vero, sed non dirimentia sunt ista.

Incestus, Raptus, Vxoricidium, Susceptio propriæ sobolis, Occisio Presbiteri. Solemnis Pœnitentia. Si Monialem, & Metus.

Incestus polluit, Raptus, vim facit, Vxoricidium perdit, Susceptio propriæ sobolis decipit. Occisio sacrilegat, Pœnitentia scelus ostendit. Monialis præcipitat, & Metus extorquet.

Ista impediunt quoniam, & in iusta

iusta sunt, sed non dirimũt, ne maiora committãtur mala. Videas Car. Lect. 59.

EXAMEN.

In quo probatur, quòd iniuste nubentibus, pœna dari non debent.

ARG. I.

POena datur offensæ: In nuptijs iniustis nulla offensio, sed maxima delectatio, & vtilitas inter virum amantem, & mulierem amatam. Igitur cur pœna dabitur?

R. quòd offensa dupliciter consideratur.

Vel quo ad voluptatem contrahentium, & hoc modo nõ est offensa: vel quo ad legem honestatis, & hoc modo sit maxima offensio. Nam propter hoc datur pœna.

2 Contra, quòd sit honor.

Vir æqualem sibi facit mulierem in nuptijs: Igitur honorem facit, cum mulier sit minor viro. Nã si Rex æqualem sibi faceret Aequitem N. honorem maximum attribueret. Igitur.

R. quòd æqualitas dupliciter consideratur.

Vel vt in virtute, & ratione est fundata, & hoc modo currit ratio: Vel vt in libidine contra rationem, & legem, & hoc modo nõ est honor, sed infamia. Sic non currit argumentum de nuptijs inuitis, ex affinitate.

3 Contra, quòd sit honor in virtute, & æqualitas.

Quod est a natura dicitur esse in virtute, & per consequens honore dignum. At nuptiæ cum affine sunt a natura. Igitur. Probo minor. Nuptiæ cum affine sunt per consensum, cõsensus est natura', quoniam sunt a voluntate, quæ est prima pars naturæ. Igitur.

R. quòd natura est duplex.

Altera cum rectitudine, legis, & de hac currit ratio: Altera contra rectitudinem legis', & honestatem: Vt patet in nuptijs cum affine, & sic illi debetur maxima pœna. Et hoc modo nullum est argumentum.

4 Contra, quòd sint cum rectitudine Honesta.

Illud dicitur esse matrimonium cũ rectitudine legis honesti, quod imitatur primum Legislatorẽ: Igitur nuptiæ factæ cum affine erunt cum honestate, & rectitudine. Nam in statu innocentiæ soror fratrem duxisset. ergo.

R. quòd matrimonium dupliciter consideratur.

Vel quo ad necessitatẽ, & hoc modo in

do in ſtatu innocentię fieri poterat propter perſonarum paucitatem,& ſic currit argumẽtum: vel quo ad libidinis expletionẽ, & hoc modo nullam habet honeſtatis rectitudinem. Nam mulierum numerus maxime abundat. Idcirco repugnat Eccleſiæ, ac legislatori,& ideo impedit.

5 Contra,quòd non impediat.

Illud non impedit quod eſt cauſa amicitiæ,cum amicitia ſit maximum bonum: Igitur ducere affinem ex libidine non impedit. Nam ubi eſt maior conuenientia,ibi maior reperitur amicitia. At inter conſanguineos,eſt maior conuenientia,quia idem ſanguis: Igitur maior amicitia, & tunc fit maxima,quando in matrimonio ſumuntur.

R.quòd conſanguinitas dupliciter conſideratur.

Vel quo ad communicationem bonorũ,& deſenſionis,& hoc modo currit ratio: Vel quo ad communicationem carnis,& ſanguinis, ſeminiſque. Et hoc modo non ſolum non eſt amicitia, ſed odium maximum.

6 Contra,quòd non poſsit eſſe odium, ſed amor,& amicitia maxima.

Vnuſquiſque maxime ſuam diligit carnem: At affinis, & conſanguinea ſunt eiuſdem carnis. Igitur amor maximus.

R. quòd amor ille non reſpicit coniugium,cum ſit odioſum, & turpe in affinibus,ſed reſpicit conuenientiam maximam ratione congeniture, familiaritatis, cognitionis,& educationis,uel ab eiſdem parentibus,in eadem domo, uel ob eandem ſcientiam, Artem,& ſimilia. Et ſic argumẽtum nullum.

Hæc de examine.

CONCL. XX.

Circa adoptionem.

Adoptatus eſt in poteſtate adoptantis.

De hac Syluestranus 4 ſentẽtia. Lectio. 70.

Pro intellectu concluſionis obſeruare volo tria.

Primum circa filios.
Secundũ circa adoptionẽ, &
Tertium circa poteſtatem.

Quo ad primum ſeptẽ ſunt ſpecies filiorum à iure conſideratorum. Nam filij,

Alij ſunt naturales, & legitimi.

Alij Naturales tantum,

Alii

Alij spurij,
Alij adulterini, incestuosi,
Alii legitimi tantum,
Alii legitimati, &
Alii spirituales.

Filii Naturales, & legitimi sunt illi qui orti sunt ex legitimo matrimonio, vel putatiuo.

Naturales tãtum: sunt illi qui ex cõcubina quæ in domo retenta fuit, & sunt certi.

Dicuntur naturales, quoniam natura cum affectu genuit, & non honestas.

Spurii sunt filii nati ex coitu non approbato, nec improbato: Similes vulgo cõceptis.

Ex damnato coitu sunt adulterini: incestuosi, sacrilegi, & similes: Nam coitus ille maximis subiacet pœnis ob iniuriam turpissimam.

Legitimi tantum, vt adoptiui. Nam ex lege titulũ habent.

Legitimati per matrimoniũ subsequens.

Spirituales vero sunt, qui ex fonte sacro Baptismi: Vel Confirmatione leuãtur. Ex iis solum agere volo de adoptiuis. Et ad secundum me confero.

Secundum est circa adoptionis diffinitionem. Nam ex Doctoribus Legistarum, Canoni, & Theologorũ hanc formo descriptionem, quòd

Adoptio sit.
Actus,
Legalis,
Legitimus,
Per quem,
Qui filius non est, habetur pro filio, vel pro nepote, & nepte,
Secundum voluntatẽ adoptantis.
Ad consolationem, &
Successionem.

Vbi omnia, & singula perfectã hãbẽt adoptionis manifestationem. Nam dicitur primum actus. Quoniã adoptio debet esse actio publica. Publica est inquit Panormita. in cap. vnic de cognatione legali, quando fit de cõsensu Regis, & secundum formam iuris.

D. Legalis: quoniam distinguitur à naturali, & spiritua

li cognatione.

D. Legitima, propter personas adoptantes, quæ debent esse. Vir
- Sui Iuris
- Sanus, &
- Maior.

D. Filium, vt adoptionis causam ostendat. Nam erat adoptio: Ad
Consolationem, &
Successionem.

1 Ad consolationem eorũ qui filijs carebant naturalibus. Maximus est dolor Principibus, nobilibusq; viris carentibus filiis: Ideo legalibus gaudeat.

2 Ad successionem. Nam testamentum facere, quibus Regna, coronæ, & bona, relinquamus, est perdifficile. Multi prætendunt, & multæ rixæ, ac bella sub oriuntur. Hinc ad tollẽda multa mala: lex adoptionem concedit. Unde cum gaudij sui: Pace popul., & honoris adoptati, Testamẽtum ordinat, facit, & terminat.

D. pro filio. Quoniam nullus adoptari in patrem, vel fratrem, vel sororem.

D. Secundum voluntatem. Quoniam coactio non facit adoptionem.

Modo declaratis iis dico ad tertiũ Quod filius adoptiuus, dicitur esse in Potestate patris adoptantis. Ratio.

Filius est in potestate paterna, vt supra, discussum fuit: Adoptatus est filius legalis adoptãtis. Igitur in sua erit Potestate.

Præterea. Ille dicitur esse in Potestate alicuius a quo accipit, & pendet quo ad victum, vestitum, cohabitationem, & hæreditatem. Nam licet nullum fuisse Decretũ & Regale Naturalis gratitudo sufficeret, quæ seruum beneficiatum, Benefactori facit. Huiusmodi dicitur esse adoptatus. Igitur.

Hinc apparet impedimentum affinitatis, quo ad matrimonium. Cum sint vniti, et vinculati pater, et filius, et filia Matri-

2 *Matrimoniũ fit inter illos, qui sui sunt Iuris: Adoptatus sui nõ est iuris. Igitur.*

EXAMEN.

In quo probatur, quòd adoptatus nõ possit esse in potestate adoptantis.

A R G. I.

Filius adoptatus est in potestate parentis naturalis: Igitur nõ erit ĩ potestate patris legalis: Patet: Nemo duobus dominis seruire potest. ergo.

R. quòd valet in potestatibus contrarijs: non autem in eisdem potestatibus, & conuenientibus, vt in vtroque parente, naturalis enim cõuenit cum legali, & sunt eiusdem voluntatis, & sic dum vni seruit, & alteri seruit.

2 Contra, quòd non possit vni seruire.

Relatiuum determinatum suũ correlatiuum distincte a quocunque alio refert: vt de callia domi num suum Socratem solum, & non alium ostendit: Modo cum filius sit relatiuum patris, vel refert patrem naturalem, vel patrem legalem, si refert legalem, igitur non naturalem, si naturalem non legalem: Igitur dũ vni seruit, minime alteri seruire poterit.

R. quòd seruitus est dupl.

Altera respicit opus ipsum, & hoc modo valet ratio, quod dum vni parentum seruit alteri minime seruire valebit, & sic ratio militat: vel respicit volũtatem, & cor, & hoc modo vtrique seruit. Nam dum legali seruit facit quod placet, & vult naturalis. Et sic ratio nulla.

3 Contra, quòd non seruiat alteri, dum propter alium operatur.

Seruitus dicit beneficium, domino collatum: At dum filius legali beneficium facit, & non naturali. Igitur vni, & non duobus seruit.

R. quòd beneficium habet dupliciter respectum.

Vel quo ad vtilitatem, & hoc modo certe uni soli seruit, vel quo ad delectationem, & hoc modo utrique seruit. Nam sic naturalis in delectatione tale sentit gaudium de seruitute operata in legalem patrem, ac si in ipsum collata fuisset.

4 Contra, quòd nõ possit esse ista delectatio.

Delectatio est de re præsenti in nobis: At seruitus in alienam personam absit à nobis. Igitur. Maiorem probat Cicero. lib. 4. Tuscul. dicens. Delectatio est uoluptas suauite auditus, animũ de-

liniens, sic oculorum, tactus, olfactus, & gustus. ergo. Minor patet.

R. quòd ualet de absentia absoluta, qua solus, solum, & singulariter seruitutem recipit: Non autem de absentia relatiua ad aliud. Nam seruitus filij legali patri Patris naturalis beneplacitũ respicit, & sic in absenti re præsentiam rei degustat.

5 Contra, quòd non posit absentia præsentiam facere.

Locus diuersus, diuersas habet affectiones: At absentia, & præsentia dicunt diuersa loca: Igitur & diuersas affectiones. Maior est Philosophi 8. de Natura Animalium c. 29. Loca in animalibus morum diuersitatem efficiunt. Igitur. Loca frigida, & sicca sunt causa lõgitudinis uitæ, quia caret calore ex quo putredo. Colligo ex 1. de Anima. t. com. 7. Igitur si patres diuersi, & loca. Igitur filius diuersas affectiones.

R. quòd patres esse diuersos, stat dupliciter.

Vel quo ad personas, & hoc modo sunt diuersi, & ita currit ratio, Vel quo ad animam, & ad amorem, & sunt idem.

6 Contra, quòd non quo ad animum sunt idem.

Anima corporis affectiones, & passiones insequitur 3. colliget cap. 40. Anima habitibus, & affectionibus suis corporis complexionem sequitur, & maiorem affinitatem habet, quàm sensationes. Modo, Cum alia sit persona naturalis, & legalis, ergo alia corpora, ergo aliæ, & aliæ affectiones, quia etiam alia loca. Hoc ex Auerroe colli. 3. c. 40.

R. Valet de affectione singulari, Nam singulari quadam inclinatiõe prosequitur corpus suum, quàm aliud, Tamen quo ad uniuersalem affectionem potest nõ solum suum, uel unum sequi, sed multa simul potest amare, & diligere. Idcirco licet anima filij singulari quadam seruitute diligat patrem legalem, & seipsum, seruat quàm illi, Tamen uniuersali, dilectione potest non solum unum patrẽ diligere, sed alios plures.

Hæc de examine.

CONCL. XXI.

Quibus modis quis soluitur a potestate patriæ.

P*Ro conclusionis intellectu scire oportet, quòd inueniũtur multi casus, & occasiones in quibus filij nõ possunt absolui*

absolui a parentum potesta-te, & alij in quibus soluuntur.

Casus in quibus non soluuntur sunt isti, videlicet. Quãdo Pater capitur ab hostibus. Quia habet post liminium, quod est ius moribus, & legibus rei amissæ recuperandæ.

Casus est relegatio patris ab Imperatore. Nam in relegatione temporis spatium determinatum per annos quinque, vel decem videmus: Secundo. Indulgentia Principis speratur. Idcirco omnia iura in pristinum, dantur: & per consequẽs filiorum.

Tertius casus est dignitas consulatus: vel minoris gradus: cum ista accidentaliter filios respiciant. Pater vero filios substantialiter, & naturaliter inspicit: At natura, & substantia accidẽtia, dignitate, tempore, & diffinitione precedit. Igitur, per hæc potestas haud dissoluetur.

Casus vero in quibus dissoluitur ius paternum in filios, dicuntur esse.

Mors, Deportatio, Pœna, Supplicium, Emancipatio, Principatus, & Episcopatus.

1 Mors dissoluit: quoniam quod non est potestate caret: mors esse tollit. Igitur.

2 Deportatio dissoluit. Deportatur pater, vel filius quando à Principe confinatur, in confinatione Romanam ciuilitatem perdit: Amissa ciuilitate Romana, & filiorum amittit potestatem: Sic de filio dicimus cũ Imperatori ita decreuerit.

Tertius. Pœna dissoluunt. Nã multi damnabantur ad metalla: Idest ad fodienda metalla. Hinc ne fugerent legabantur, & ferro, vel alio pondere, opprimebantur. Idcirco qui sui iuris caret potestate, aliorum habere non decet.

Quartus casus. Suppliciũ dissoluebat

ſoluebat poteſtatem. Nam damnati ad ſuſpendium ob ſuorum delictorum cauſam ſeruabantur, vt in publicis venationibus, cũ beſtijs pugnarent. Lege Gelium lib. 5.c.14.

Aliquando obiiciebantur beſtiis dilaniandi cauſa. Ut Babyloni fecerunt de Daniele Leonibus obiecto. Idcirco, qui beſtiis eſt ſubiectus, hominibus praeeſſe non põt, nec debet.

Quĩtus caſus eſt Patritiatus. Nam cũ Patritii ſint quaſi Patriæ Principes: Reipublicæq; Gubernatores, a primisq; Romuli patribus oriũdi quos ex æqueſtri ordine, Brutus in Senatorum numerum aſſumpſit, ſtatim erat datum priuilegium, vel codicillus de proprio Iure. Nam non decet ſub priuato parente eſſe filium illiũ, qui infinitos gubernat filios, & parentes.

Sextus caſus. Epiſcopatus diſſoluit. Qui animas infinitas gubernat, illisq; pater adminiſtrat ſub corporali paternitate ſubiicere nõ debet, quia tunc minori maior ſub eſſet, quod eſt inconſonum.

Septimus caſus. Emancipatio diſſoluit. Nam pater naturalis filium ſuum in poteſtatem patris fiduciarij manu ſua ter tradit: Coram Præſide, vel Curia, à quo duos numos accipit quaſi pro prætio. Et eſt ad ſimilitudinẽ venditionis ſerui: Fit corã quinque teſtibus præcipuis. Ratio. Quod venditur noſtrum non eſt: Filius certo quodammodo venditur: Igitur ex mancipium fit noſtrum: Nam mancipium dicitur dominium. Idcirco, exire fæudum extra mancipium, eſt eſſe extra dominium. Multa alia dicunt Legiſtæ, videas illa.

EXAMEN.

In quo probatur, quòd emancipatio sit mala, & non debet fieri.

ARG. I.

VEndere filium peccatum maximum est, At pater in emãcipatione uendit filium. Igitur peccatũ maximum agit, non est ergo admittenda.

R. quòd uendere dupliciter consideretur.

Vel quo ad odium.

Vel quo ad amorem.

Si primo modo consideretur, dico quòd est peccatum maximum. Apparet in fratribus Iosephi. Et hoc modo non uendit Pater in emancipatione filium. Si uero uendere respicit amorem patris in filium, In quo respicit Nobilitatem filij, commoditatemque in bonis patris fiduciarij. Dico quòd non solum nõ peccet, sed maxime meretur.

2 Contra, quòd nõ respiciat commodi. nec.

Vbi cadit prætium uenditio non respicit honorem, sed commoditatẽ uendentis, uti patet in mercatore. Nam non ad honorem respicit, sed commodum, & pecuniam. At in emãcipatione filij, pater recipit a patre filio matre, pro filio numos duos coram testibus. Igitur uendit pro utili, & cõmodo, & non pro honore.

R. quòd prætium illud non est pro uenditione signum, sed ut ostẽdat quod filius exit a patris naturalis potestate, & transit in fiduciarij parentis dominium, uti dato prætio mercatori de uaso aureo, uas in ementis potestate cadit.

3 Contra, quòd sit uenditionis signum.

Ibi uenditio uera dicitur, ubi omnis cauetur in precio fraus, & deceptio. At in emancipatione filij omnis cauetur fraus, & deceptio. Igitur uera est uenditio. Nam stat ibi libripens qui stateram tenet, uti apparet in uenditionibus, ut tolluntur fraudes. Igitur.

R. quòd libripens dupliciter consideretur in emancipatione.

Vel ut respicit præcium,

Vel ut respicit factum;

Non est ibi uere propter prætij æquiualentis, cum nil sit respectu filij, sed dicitur esse propter factum, Ne pater fiduciarius. neget hoc factum de emancipatione propter hæreditates, & alia. Et sic ratio non militat.

4 Contra, quòd sit rõne prętij.

Ad facti ueritatẽ & permanentiam sufficit auctoritas Principis, Iudicis competentis, Magistratus, & testium præsentia, Igitur prætium

tium erit solùm propter uenditionem.

R. Imperator quòd vēditio illa nō fuit realis, sed imaginaria. Imaginarium autem habet similitudinem realitatis sed non est. Et ita arg. non currit.

5 Contra, quòd sit realis, & non imaginaria.

Vbi prætium reale, & venditio realis: At in emancipatione prætiū est reale, Igitur vēditio realis, & non imaginaria.

R. quòd in uenditione moneta, & reali non solum requiritur reale prætium, sed æquiualens rei uēditæ: At quid proportionis, & æquiualentiæ habet prętiū duorum nummorum, cum dignitate, & valore naturalis filij: Nulla. Igitur non dātur nummi propter filium, sed solum, vt potestatis dissolutio cognoscatur in patre naturali.

6 Contra, quòd sit propter filium æquiualens.

Illud dicitur esse propter aliud æquiualens ad cuius esse sequitur esse illius, & ad cuius non esse illud non fit: At sine nummis nō fit mācipatio: Igitur nummi dicuntur æquiualentes ipsi venditioni filij. Omnia clarissima.

R. quòd æquiualens dupliciter cōsideratur.

Vel quo ad dignitatem filij, & hoc modo nō valēt nummi, vel quo ad modum, & ordinem facti, & sic æquiualent.

Hæc de examine.

CONCL. XXII.

De Tutelis, quid: Qui sunt Tutelares, & a quo.

Quo ad primum, dico quòd

Tutela est Vis et Potestas, in capite, libero, ad tuendum eum: Qui pro ætate se defendere nequit. Iure ciuili data, ac permissa. Hic sunt septem consideranda scilicet, quod sit	*Vis,* *Potestas, In capite, libero, ad tuendum,* *Etas* *Impotentia defendendi* *Ius, ciuile dans, ac permittens.* *Dicit quod sit vis: Quia sit, quasi Dominus filij,* *D. Potestas,*

quia filio præcipit.

D. In capite, quia maior.

D. libero, cum nulli seruiat.

D. ad tuendum, quia pupillum defendit.
D. pro ætate, qui pupillus est imbecillis.
D. Iure ciuili, quoniam ciuitatum est priuilegium.
D. Data, quia est à patre in Testamento.
D. Permissa, quia Princeps consentit.

Secundo.

Dicit, vis, quoniam aptus est ad tutelam.
D. Potestas, quoniam omnia iuri suo sunt assignata.
D. In capite, quoniam de familia eligi debet.
D. Libero, à vitijs, & suspectione fraudis.
D. Ad tuendum, propter offitiũ suum.
D. Propter ætatem, quia est incapax.
D. a iure ciuili, quoniam omnibus prouidet.
D. Data de facto.
D. Permissa, quoniam fundatur in patris electione, & voluntate.

Tertio.

D. Vis, quoniam aliquando coguntur, cum tutela sit ius publicum.
D. Potestas, quoniam Tutores sunt singulari imperio, decorati.
D. In capite, quia prudentia tuentur.
D. Libero, quia prõpte pro suo pupillo debet commoditatem quærere.
D. ad tuendum, non solum bona, sed honorem, & iurisdictionem.
D. Pro ætate, quoniam tutor est sicuti pater pupilli.
D. Iure ciuili, in quo iustitia splendescit.
D. Data, quoniam ius naturæ respicit.
D. Permissa, quia desiderat tutoris, consensum.

Quarto.

Dicit quod est vis, propter fortitudinem tutoris.
Potestas, propter honorem.
In capite, propter iuditium, libero, propter voluntatem.
Ad tuendum, propter perseuerantiam.

Pro

Pro ætate, propter pueritiam.
Iure ciuili, propter senatum,
Data quia omnibus, &
Permissa, quia carissimis.
Hæc de diffinitione.
In qualibet quid Tutela: A quo sit: quibus, per quos quando sit, & cur sit.
Corolarium.
Tutor est pupillorum.
Curator stultorum.
Idem est ius re: differunt quo ad subiecta.

EXAMEN.

In quo probatur quòd non debet dari à iure Tutores.

ARG. I.

ILlud dari non debet a iure ciuili, quod est causa mali, & damni: At tutores sæpissime sunt in causa mortis pupillorum, ut bona defraudent. Aliquando furantur bona, vt experientia docet. Igitur non danda potestas ista.

R. quòd esse causam mali stat dupliciter.

Vel quatenus causa datur ab Imperatore, vnde malũ oritur, & hoc modo tutela ab Imperatore data, non est causa, vel consideratur quatenus causa mali a tutoribus sumitur ratione Tutelæ, & hoc modo malum faciunt.

2 Contra, quòd Imperator sit causa a qua oritur malum.

Illud malũ oritur ab alio, quo posito ponitur illud malum, & quo remoto, malum remouetur, igitur ab Imperatore oritur malũ, Nam ponit tutelã, ex illa positione fiũt domini bonorum, & simul latrones. Nam nisi essent tutores. Nec latrones.

R. quòd argumẽtum tenet in Physicis, non autem in uoluntarijs. Exemplum. Posito balsamo super pileum nobilis N. Syluestri, sequitur necessario odor, & ablato, odor tollitur. In uoluntarijs non sic currit, quoniã uoluntas potest, & non potest furari. Idcirco licet multi tutores sint latrones, non tamen omnes, & hoc modo non est causa Imperator.

3 Contra, quòd sit causa necessaria mali Imperator in Tutela.

Illud est necessariũ quod est a causa, & principijs, teste Philosophus 1. de Resolutio. Posterio. At tutela pupilli, est causa effectiua furti, igitur necessaria. Minor probatur. Causa efficiẽs dicitur esse, vnde motus ex Aristo. At tutela mouet cor, & voluntatem Tutoris ad furtũ. igitur.

tur. Patet, quia nisi illā haberet non furaretur.

R. quòd efficiens causa dupliciter sumitur.

Vel vt in se est.

Vel vt in alio reperitur.

Si consideratur in se facit motum, & concedo argumentum. Patet de sole. In se facit splendorem: Si consideretur in alio, nempe in subiecto recipiente: Non facit motum, sed subiectum impedit motum. Exemplum Sol in terra nullum facit splendorem: Ratio. Quoniam subiectum est incapax. Modo redeo ad propositum: Concedo quod tutela sit causa motus defendēdi in se pupillum: Tamen in tutore obscuro ex malitia non efficit motum mali, sed sua voluntas mala.

4 Contra, quòd sit tutela necessario.

Dicit Philosophus, Nihil est in voluntate, quin primo sit in intellectu: Nec dicitur esse in intellectu quin primo fuerit in sensu, At sensus pendet a similitudine obiectiua, & obiectum a re ad extra realiter. Modo sic arguo. Furtum est à voluntate: voluntas ab intellectu: Intellectus à sensu, & sensus à tutela. Igitur a primo modo ad vltimum erit a tutela, & ab Imperatore constituente tutelam.

R. Valet ratio de obiecto, quod necessario mouet potentiam: Vt patet de aere à Sole alterationis motu illustrato.. Nam præsente Sole, necessario fit lucidus, & hoc modo currit ratio: Non valet autem de potētia, quę mouetur contingenter ab obiectu. Hoc modo dicimus, quòd licet tutela moueat intellectum, & voluntatem, tamen motio illa est contingens: Potest non acceptare illam: Ideo si furtum cō mittatur non a tutela, sed à malitia, & iniustitia committit.

5 Contra. Quod necessario moueatur.

Intellectus non potest non intelligere: quia sensus non potest nō sentire, a quo intellectus: Igitur voluntas non potest non velle. Patet quia idem sunt intellectus & voluntas, cum forma sit vna. Id ab Aristo. 12. Diui. Com. 36. Volūtas est propter intellectum.

R. quòd intellectus, & voluntas sunt idem subiectiuè: Non autem sunt idem apprehensiuè: Intellectus apprehēdit necessario: Voluntas autem apprehendit libere. Et quando dicitur est per intellectum.

Conceditur quo ad principiū motus: Non tamen quo ad finem. Hoc modo dico, quòd offert tutelam intellectus ipsi voluntati, vt tueatur bona pupilli: At illa non recipit, vt gubernet, sed vt furetur.

ſunt ligati.	*facultatis virium.*
Cognati, quia participationis naturæ, ſunt aſtricti.	*Agnati, quoniã agnatio eſt fundamentum Tutelæ.*
Cognati, & agnati dicuntur, quoniam licet tutela ſemper pertineat proximiori in gradu: Tamen ſi plures eſſent eiuſdem gradus, ad omnes defertur. Ex l. ſi plures. ff. de legi. tuto. Aret.	*Cognati, quoniam cognatio eſt auxilium, agnationis.* *Agnati, quia agnatio eſt quaſi pupillorum adoptio.* *Cognati, quia cognatio eſt pupillorum columna.*
Vt duo fratres Senatores: Epiſcopi: Card. & ĩ ſimilibus.	*Agnati tamen, & cognati tria facere debent.*
Agnati primo, quia homo dignior eſt muliere.	*Inuentarium primum* *Iuramentum ſecundum, &* *Satiſdare tertium.*
Cognati ſecundo, quia mulier viro donat omnia.	*Inuentarium rerum pupilli.* *Iuramẽtum, adminiſtrationis,*
Agnati, quia vir filiorũ cauſa eſt formalis.	*& tutelæ, cum rectitudine.* *Satiſdare, de re pupilli, vt ſit ſalua. Nam*
Cognati, ſubinde, quia fœmina eſt ſicuti materia, quæ in ſemine formam recipit.	*Inuentarium tollit fraudem.* *Iuramentum negligentiam, &*
Agnati, propter naturale debitum.	*Satiſdare, ſiue fideiuſſio, tollit dubium. Ratio eſt in promptu. Nam Tutores quãdoque ſunt perſonæ in ſpetie*
Cognati, propter ſacramentalem nodum.	
Agnati ſi facultas ineſt.	*Prodigi,*
Cognati, ſi agnati deficiunt.	*Negligentis,*
Agnati ſi ſint maiores annis 25. & minores 70.	*Inhoneſti,* } *At* *Vulgarium, &*
Cognati, ſi ineſt iuditium, &	*Sine affectione*

paratus. Dicitur aqua propter ciues, & ignis propter parentes. Nam deportatur.

Minima vero capitis diminutio est, quando quis tenet ciuitatem, & libertatem, sed non tenet familiæ dominiũ. Exemplum in ciuibus qui cum fuerint sui iuris, Principis Dominio fiũt subiecti. Vel quando filius familias emancipatur à patre. Est liber: Habet ciuitatem: mutat tamen statum. Ex ijs modo dico, quod qui maximam capitis diminutionem patitur: Tutor esse non potest; Qui minorem patitur difficile potest esse tutor: Absentia non põtest tueri.

Qui vero minimam perdit, tutor esse potest.

Hinc l. fin. ff. co. diffiniens capitis diminutionem in genere inquit. Est status mutatio libertatem, ciuitatem, & familiam adimens. Species eius sunt assignatæ superius.

Addo.

Deficiente testamentario legitimo, ne pupillus sine gubernatore: Lex Attilia in ciuitate Romana prouidebat illi per Pretorem, cum Tribunorum placito. In Prouincia vero. Lex Iulia, & lex Titia prouidebat per Presides. Vnde vides quomodo tutor põdet ab his, qui iurisdictionem habent.

EXAMEN.

In quo probatur, quòd dari non debet iste Titulus, Diminutio capitalis, cum solum respiciat, priuationem familiæ ciuitatis, & libertatis.

ARG. I.

Diminutio capitalis tollit vitã: Igitur in amissione libertatis ciuitat.s, & seruitutis non erit ista diminutio: Patet, Vita remanet.

R. quòd diminutio est duplex: Altera propria, & peremptoria, & de hac argumentum currit: Altera improprie, & secundum quid: Et de hac currit cõclusio. Nam licet iste non priuetur corporali capite, priuatur tamẽ dominio, quod ad caput spectat.

Con-

nis non poteſt niſi vnam ſupponere diminutionem. Antecedés eſt Phyloſophus 8. phyſic. cóm. 70. Et eſt propoſitio famoſiſſima. Conſeq. probat. Experientia, & Auerrois tracta. 3. ex paraphraſi metaph. Nam vnũ multitudini opponitur. Nam vnum eſt indiuiſibile. Multitudo diuiſibilis. Idcirco opponitur, ut habitus, & priuatio. Vnum dicitur eſſe in ſubſtantiâ idem, in quantitate æquale, & in qualitate ſimile. Multitudo uero oppoſitas habet conditiones.

R. quòd oppoſitio eſt duplex.

Altera eſt contrarij, ut calidum, & frigidum, & de hac currit ratio, quod non poſſunt eſſe ſimul. Altera dicitur oppoſitio diuerſitatis, & hoc modo non currit ratio. Nam in aceruo lapidum ſunt multi lapides marmorei, Multi equi, & ſimilia. Sic in ſpecifica diminutione ſunt multæ, diminutiones capitales numerales, quæ accidentibus indiuidualibus, ſunt diuerſæ.

6 Contra, quod ſint oppoſitæ contrariæ.

Diminutiones capitales ſunt in ſingularibus perſonalibus. At ſingularia perſonalia ſunt ſeiuncta ab inuicem, Et unum nõ poteſt eſſe in alio. Igitur non erunt in ſpecie: Cum eſſe illorũ pendeat a ſubiectis, & ſine illis nõ datur.

R. quòd in perſonalibus ſubiectis reperiũtur realiter in ſpecie intentionaliter, in perſonis diſtinctè, in ſpecie unitè, in perſonis radicaliter, & materialiter, in ſpécie formaliter.

Hæc de examine.

CONCL. XXIIII.

In qua agitur de Tutore, & Curatore. } Vbi duo potiſſimum videbimus.

A*Lterum quo ad nomina: Alterum quo ad naturã offitium, & finem Tutoris, & Curatoris. Quo ad nomen dico, quòd in lege dantur iſta nomina. Videlicet.*

Procurator,
Geſtor,
Actor,
Scindicus,
Oeconomus,
Apocriſarius,
Tutor, &
Curator.

Procurator ẽ ille quia agit pro alijs, cum mandato.

Geſtor,

ætate sint imbecilles, mente tamen sunt sani, constituitur.

Curator autem non solum sanis, sed prodigis, mentecaptis, surdis, & mutis declaratur. Nam cum prodigus furioso æquiparari possit: et mutus, & surdus æquiualeant furiosis, quo ad sua bona, lex xij. Tabu. prouidit de Curatore. Quoniam iura subueniũt ijs, qui rebus suis super esse non possunt.

Tutores dantur pupillis nesciẽtibus, nec intelligentibus: Curatores vero, non datur innitis pupillis, nisi propter litem. Nam non est persona legitima stãdi in iuditio, sine Tutore, & Curatore.

Præterea.

Tutor datur, vt idoneus: Curator vero datur, quando Tutor non est idoneus ad tempus: vel propter negotia maiora se excusat.

Præterea.

Tutor auctorizatur pupilli hæreditati, & bonis: Curator vero non est obligatus.

Præterea.

Tutor tãta dignitatis est, quòd pupillus hæreditatem suam adire non valet: Non potest possessionem petere: Nec ex fideicommisso hæreditatem suscipere: licet pupillo sint lucrosa, sine Tutoris Auctoritate, licet sint lucrosa. Ratio est propter damnum quòd possit esse. Curator vero tali caret Auctoritate, nisi in casibus definitis.

Tutor vero, nec Curator in stipulatione nullam habent auctoritatem super pupillum: Ratio est. Vnicuique suam conditionem meliorem facere licet. In venditionibus vero, vel emptionibus, Tutoris, & Curatoris præsentia indiget. Ratio. Emptiones, venditiones, conductiones, & mandata de possessionibus, requirunt obligationes: At obligationes non possunt a pupillis fieri. Igitur Tutorem, & Curatorem requirunt: Hæc

N pauca

pauca dicere volui, vt florum flores in hortulo nostro appareant.

EXAMEN.

In quo probatur, quòd Tutela citius terminetur in pupilla, quàm in pupillo.

ARG. 1.

NAtura citius fœminam ad nuptias parat, quàm marẽ. Nam dum annum xII. attigit fit nubilis, mas solum, in anno 14 Igitur citius mare a tutela dissoluetur. Antecedens patet: consequens probatur. Tutela datur personæ ad regimen: At si sit citius aptior ad nuptias mare ipsa pupilla, sequitur quòd sit aptior ad regimen cum nuptias, regimẽ sequatur. Igitur.

R. quòd fœmina dupliciter consideratur.

Vel quo ad carnem,
Vel quo ad spiritum,

Si consideretur quo ad carnem est aptior ad nuptias ipso mare: Et ita currit ratio: Si vero consideretur quo ad regimen est minoris spiritus, quàm sit mas.

2 Contra, quòd sit etiam maioris ingenij.

Aristoteles 7. lib. de natura animalium cap. 6. inquit, quòd fœminæ sũt malitiosiores, astutiores, & in nutrienda prole maribus sollicitatiores. Igitur erunt etiã in regimine prudentiores: Nam opposita sunt circa idem 10. diui. t. com 15.

R. quòd prudentia dupliciter consideratur in regimine.

Vel quo ad regimen familiare, & singulare domus, & hoc modo concedo, quòd mulier sit sagacior, & per consequẽs magis inspiciat filiorum, & seruorũ malitias, quàm vir: Si vero in magnis, vniuersalibus, difficillimisque rebus consideretur, minus apta est, quàm domo.

3 Contra, quòd sit prudentior in magnis regiminibus.

Illud dicitur esse magis aptũ ad regimina difficilia, quod est maiores audatiæ: At mulier est maioris audatiæ ipso mare. Igitur. Maior est vera. Quoniam audatia dicitur esse, securitas quę nec pręsens, nec futurum malum, timet. Minorem probat Aristo. 2. de natura animalium cap. 19. Vbi inquit, quòd mulier est maxime sanguinea: Si est maxime sanguinea. Igitur maxime calida, dicente Philos. Sanguis est materia caloris naturalis. Idem Auerrois 15. colliget. cap. 3. Si maxime calida. Igitur maxime audax, vnde difficillibus, facilius

lius resistere poterit in regimine Ciuitatum,& Prouintiarum ergo.

R.quòd sanguis est duplex.

Alter purus, & clarior, & iste facit hominem fortem, audacem, & aptum maxime ad magna ciuitatum regimina. & de hoc valet ratio, sed iste non est in fœmina; Alter est sanguis sed impurus,& mixtus, qui est ĩ fœmina, Et iste paruam tenet audatiam. Responsio sumitur ab Aristo.9. de Anima. natura cap.1. Dicit ibi. Fœminæ sunt maribus minus animosæ,quia molliores excepta

Panthera,
Vrsa, &
Mula:

Nã in istis generibus, fœminæ sunt animosiores.

4 Contra,quòd sanguis sit purior in fœmina.

Aristotelis 4.de generatione animalium cap.6.& 7.de natura animalium cap.3.Mulieres in lucem proditæ, ocius accrescunt, & florẽt ætate,quàm mares:Modo sic arguo. Auctio, & flos in ætate pendet a calore,& calor a sanguine: Vbi maior auctio, ibi maior calor, & vbi maior calor maior sanguis,& efficatior: At efficacia sanguinis est a puritate: Cum a contrario non impediatur. Igitur mulieres sunt viuatiores, & prudentiores.

R.quòd auctio est duplex.

Altera dicitur extensiua,

Altera intensiua.

Concedo,quòd fœminæ magis extensiuè augentur quã mares.At hoc non prouenit ex sanguine puriore, sed ex materia magis humida,quæ facile dilatatur,& hoc modo concedo argumentum. Si vero considerentur quo ad intensiuam auctionem, dico quod magis mares augentur cũ sanguis sit purior, & per consequens feruentior,& fortior.Patet de salice,&

De Quercu,

Nam salx citius extensiuè crescit super Quercum, quoniam materia eius humidior est, quercus vero quo ad intensionem, & firmitatem,magis crescit,& durat, quia ex humore calidiore, & sic eo pendet.

5 Contra,quòd mulier magis intensiuè crescit, & per consequẽs sanguis purior.

Quod magis inclinatur, seruet, & vrit in libidinem est fortioris caloris, quàm ille qui minus feruet,& vrit,dicente Philos. 7.de natura animalium,cap.1. Fœminæ potissimum id temporis custodiri debent, cum semen ferre incipiunt.Igitur.

Respondetur ex Arist. quòd furor non pendet ex nimio calore fœmina-

minarum, sed pendet ex nimia impudentia,& ex nimia mobilitate. Hoc patet 9. de natura animalium cap. 1.

6 Contra, quòd sit ex nimio calore, & per consequens, ex sanguine.

Omnis motus naturalis in animali est a partibus corporis, corpus ab arteria. Arteria a spiritibus, spiritus a sanguine. Nam dicebat Gell. lib. 3. cap. 10. & lib. 18. cap. 18. Arteria est conceptaculum spiritus naturalis, misti confusique cum sanguine, in quos plus spiritus,& minus sanguinis est, quæ motū,& pulsum ostendit. Igitur motus ille non ex īpudentia prouenit, sed ex sanguine,& calore intensiore.

R. quòd calor,& sanguis dupliciter consideratur.

Vel in se,
Vel in muliere, }

Si consideretur in se, dico quòd in homine est calidior, quàm in fœmina,& sic motus erit velocior, & fortior, vel cōsideratur in homine, & hoc modo est magis tēperatus, & regulatus a prudentia,& ratione, quàm in muliere, cum sit impudentior, idest sine prudentia, & moderamine. Idcirco Aristoteles 4. cap. lib. 7. de natura animalium,& Hypocra. in lib. separatorum sermonum dicunt, quòd mulieres quæ mares concipiunt, minus pallent,& facilius exiguntur, quæ verò fœminam sunt pallidiores,& grauius degunt. Nam sunt terrestriores, grauiores,& per consequens minus prudentes. Hinc mirum non est si facilius labuntur in carnalem vsum.

Hæc de examine.

CONCL. XXV.

De satisdatione Tutorum & Curatorum.

Tutores, & Curatores tenentur satisdare, nisi fuerint testamentarij: Aut datiui ex inquisitione.

Pro intellectu conclusionis scire opoetet, quod Tutores, et Curatores sunt in triplici gradu. Nam quidam dantur ex testamento parentū.

Quidam ex inquisitione Magistratuum, &

Quidam ex consanguinitate, vel affinitate cum pupillis.

Curatores, & Tutores Testamentarij non dant satisdationem:

tionem: Quoniam fides, probitas, & diligentia eorum à parentibus probata fuit.
Tutores, & Curatores etiam dati à Magistratu, non tenentur fideiussionem dare. Nam eorum bonitas, fides, & probitas à magistratu cognita, & experta fuit.
Curatores vero, & Tutores ex consanguinitate, vel affinitate, tenentur dare satisdationem: Quoniam fides, & eorum bonitas probata non fuit. Ratio conclusionis assignatur. Nam satisdatio fit ne pupillorũ bona
Consumantur,
Diminuantur, vel
Negligantur, a
Tutoribus, & curatoribus nullius charitatis, bonitatis, & iustitiæ. Hinc non solum Curatores, & tutores tenẽtur de damno pupillorum, sed & Magistratus. Vel quia non acceperunt satisdationem: Vel quia acceperũt sed minus idoneam. Regula enim est, quòd paria sunt: Aliquid non fieri: vel minus idonee.
Addo aliam rationem. Qui dolo, vel negligenter suo fungitur offitio, tenetur de damno Reipublicæ, vel pupilli: Magistratus non recipiens satisdationem, vel fideiussionem, videtur dolum committere, vel recipiens minus idoneam, negligenter committere: Idcirco tenetur de damno in pupillum. Peccatum, & culpa pœnam, & flagellum habent. Confirmatur per actionem subsidiariam, quæ vtilitatem tutelæ, quo ad res, & negotia, respicit: Contra negligentes Magistratus, vel alios, in satisdatione.

Hæc de probatione.

EXAMEN.

In quo probatur, quòd agnati, & cognati non tenentur dare satisdationem.

A B C

ARG. I.

LEx approbat cognatos, & affines esse legitimos tutores, & curatores pupillorũ, quoniam deficientibus alijs non proximis, illi tenētur onus suscipere tutelæ. Igitur sicuti testamentarij, & a Magistratu per inquisitionē assignati satisdationem nullā dāt, sic isti dabunt. Valet de paritate bonitatis idem ius.

R. quòd approbatio est dupl.

Altera affinitatis, & cognationis gradum, & hoc modo lex tenet cognatos, & affines idoneos, cũ sint proximiores, & sic currit ratio: Altera dicitur esse approbatio morum, & personarum qualitatum, & hoc modo, lex nō approbat illos. Idcirco vt tollatur suspitio satisdationem quærit.

2 Cōtra, quòd nulla possit esse dubitatio quo ad mores.

Qui magis amat maiori cura fide, & diligentia illius bona tuetur, & conseruat: Sed cognati, & agnati magis pupillos nepotes amant, quàm Tutores, & Curatores ex tēstamēto dati, vel ex Magistratu. Igitur si illi non dant, nec isti. Minorem probo. Ille magis amatur aliquē cui est magis similis? At nepotes sunt magis similes cognatis, & affinibus, quàm curatoribus testamentarius. ergo.

R. quòd similitudo est duplex.

Altera sanguinis, carnis, & corporis. Et hoc modo dico, quòd pupilli cognatis, & affinibus sunt magis similes: Altera est quo ad voluntatem, & hoc modo non sunt similes, sed dissimiles, & hostes crudeles. Ideo satisdatio requiritur.

3 Contra, quòd sint quo ad volūtatem similes.

Cognati, & affines sunt similes cũ pupillis nepotibus in substantialibus. Igitur, & in accidentalibus, quę sunt bonitas, fides, & diligentia. Consequen. probo. Accidentia sunt à substantia. texte Philo. 7. diuinorum.

R. quòd accidentia sunt dupl.

Alia corporalia, vt caliditas, siccitas, albedo, nigredo, & similia sunt ab elementis, & hoc modo argumentum valet: alia sunt accidētia spiritualia, vt bonitas, fidelitas, & probitas, quæ nō sunt a substantia, & hoc modo argumentum nō currit. Idcirco cum sint impij multoties cognati, lex satisdationem quærit.

4 Contra, quòd sint in accidētibus spiritualibus similes.

Accidentia spiritualia veniunt ab anima, at anima est substantialis forma, & eiusdem rationis, cum anima pupillorum. Igitur, & bonitatis. Igitur dationem satisdationem non prębent. Dicebat

bat Philo.5.Diui.cap.de eodem & diuerso.t.com.20. Illa sunt similia quorũ qualitas vna est.

R.quòd animam agnatorũ, & pupillorum esse eiusdem rõnis,stat. dupliciter.

Vel quo ad esse specificum, & hoc modo argumẽtum currit, quòd sunt eiusdem speciei,diffinitionis,naturæ,& etiam accidentiũ, consequẽtium speciem: vel quo ad esse numerale, & hoc modo nõ sunt eiusdem rationis. Nam accidentia sunt diuersa,& singularia vnicuique indiuiduo,& ex diuersitate indiuiduorũ, & qualitates accidẽtales diuersæ, & oppositæ. Idcircum cum cognati, & pupilli numero differant, differunt,& bonitate.

5 Cõtra,quòd sint similes quo ad numerum,& singularitatem.

Illa sunt similia in numero, quæ ab eodem sunt principio: At singularia, vt cognati, & pupilli, & quæ numero differunt sunt ab eodem principio essentiali: vt a specie,a trunco,& radice. Igitur sunt similia: Minor patet.Nam omnes cognati pendent ab eodẽ sanguine, & effitiente, vt a patre, abauo, & attauo. Igitur similes.

R. Pendere ab altero stat dupl.

Vel materialiter,& hoc modo concedo, quòd sunt similes quo ad materiam, & quo ad accidentia materialia: vel quo ad formam, & hoc modo non sunt ab eodẽ: Nam anima est a Deo, corpus a parentibus.

6 Contra si sunt quo ad materiam similes, magis quo ad formam.

Illa magis similia dicuntur, quæ a principio magis simili producũtur: At Deus quòd est principium omnibus modis similimũ, vnde excedit omnem materiam similiores producet formas,quã principium materiale. Igitur si agnati, & pupilli similes erunt quo ad materiale principiũ, magis erunt quo ad formale.

R.quòd conceditur esse magis similes quo ad formam, quàm quo ad materiam,quia in forma conueniunt: Non sunt tamen magis similes quo ad electionẽ, & quo ad bonitatem,quæ a forma venit. Ideo ne dolus in bonis pupilli committatur debet asignari satisdatio.

Hæc de examine.

CONCL. XXVI.

Tutores, & Curatores possunt ne excusare a tutela,& curatione.

R.quòd possunt ratione.

Filiorum,

Filiorum,
Negotiorum,
Iurisdictionis,
Litis,
Paupertatis,
Infirmitatis,
Ignorantiæ,
Inimicitiæ,
Controuersiæ,
Aetatis,
Militiæ,
Studij, &
Vxoris.

Excusantur ratione filiorum. Siquis Romæ habet tres filios excusatur de tutela. Si i Italia habet quatuor excusatur: si in Prouintijs habet quinque excusatur.

Ratio discriminis pendet ab occupatione maiore, & minore.

Ciues Romani occupantur magis in Republica, quàm Itali. & Itali magis, quàm prouintiales. Idcirco excusatio maior, & minor.

Excusat negotium fisci. Nam dicit Diuus Marcus in semestribus, quòd ratione tutelæ fiscus læderetur, in exactione tributorum: In cura annonæ: in Præfectura Vigilum, & mēsuratione frumentaria.

Nota, quòd semestris dicit sex mēsium spatium, in quo Imperatores studio operam dabant: In alijs sex mensibus bello incumbebant. Vnde alternis mensibus sex operā bello, & studio incumbebant.

Excusat Iurisdictio, quę Principem maxime occupat, & pro meliori. Nam pro communi bono.

Excusat lis cum pupillo, quando omnia bona, vel maiorem partem respicit.

Paupertas, & infirmitas: quoniàm sibi oportet victum acquirere, & alter viribus caret.

Imperitia literarum, & maxime vbi negotia sunt multa, & difficilia, Etiam quando inuentaria oportet cōstituere, vbi errores multi cōmitti possunt, Inimicitia. Quoniam

niam odium nil boni pupillo facit, & tutori periculum parat.

Controuersia praecedens cum pupillorum patre. Nam si pater qui dat Tutorem, & Curatorem dixit illũ fuisse seruum suum, vel libertũ, facile cõtrouersiæ locũ daret.

Aetas. Nam nec minor 25. annis, nec maior 70. annis tutelam suscipere debet. Minor quia imprudens. Maior, quia impotens est.

Militia, quoniam in Principis administratione est consignatus.

Vxor excusat maritum à tutela: licet se immisceat.

Studium denique excusat. At studium est duplex.

Alterum difficile,
Alterum facile,

Difficile comprehendit

Leges, Theologiam, Physicam, Medicinam Rethoricam, & Grammaticem,	Et istud sic occupat intellectum, quòd non in aliud tendere potest.

Studium facile nõ ita occupat, sed potius occupationes aufert: Istud continet.

Musicam, Astronomiã,	Geometriã, et Arithmeticam

Ideo vocatur quadriuium, quoniam facile apparet quid in se contineant istæ scientiæ.

Modo ad propositũ redeo. Primum studium excusat à tutela: secundum nequaquam.

Addo, quòd leges paßim non legebatur, ex Imperatoris iussu, sicut aliæ scientiæ; sed solum Romæ Constantinopoli, & Constantinopolis Roma vocabatur. Et qui alibi docebãt Imperatoris priuilegio non potiebantur.

Hæc de conclusione.

EXAMEN.

In quo probatur, quòd vxoris mariti potest esse tutor.

ARG. I.

MAritus põt esse procurator vxoris, vt patet l. Maritus. C.

de Procuratoribus, igitur poterit esse etiam tutor, & curator. Conseq. patet. Nam curator, & procurator æquiparantur. Cum procurator ad bonorum vxoris tuitionem laboret, vti tutor pupillorum.

R. per Glo. quod curator dupliciter consideratur.

Vel ante nuptias,
Vel post nuptias,

Si ante nuptias consideretur: Glossa, & veri Doctores tenet quod non possit esse postea maritus, vt curator: Pugnant hæc duo, ratione scandali, & fraudis. Si vero cōsideretur postquàm fuit sponsus, vel maritus, tunc poterit esse curator.

2 Cōtra, si postquàm est maritus, ergo ante dum erat tutor, maritus esse poterat.

Posterius dependet a Priori. Igitur quicquid potest posterius, & prius poterit, cum causa potior sit effectu. Modo si ante maritalem coniunctionē poterat curare bona pupillæ N. magis curabit, vt maritus: Tū quia amor maior, tum quia potestas superior. Igitur.

R. quod propositio de priori, & posteriori non semper est vera, ꝙ quicquid pōt inferior, & superior: Nam brutum generat brutum, & hoc nō pōt causa elemētalis, licet sit supior ipso bruto.

2 Respō. dico quod curator ar
matrimonium si posset fieri r
ritus pupillæ, sub cuius potest
te viuit, & dormit, non solū b
na pupille curaret, sed fraude,
dolo, illam recipere posset, lic
sit indignus, tū quia minus n
bilis, nam quia carbone napol
tano, igneq; gallico sit signatu
& ꝑpalia: Maritus vero oib
his suspitionibus caret. Idcirc
potest esse curator, & tutor.

3 Contra, quod licet hæc oīa int
dat possit esse curator, & post
maritus.

Vnusqu sque sibi suum bonū pr
curare debet: At si curator ign
bilis, vel infirmus procuret p
pillam magis nobilem, & diti
re facit quod debet. Igitur. M
ior patet. Dicit Phil. 3. diui. con
3. & 2. Phys. tex. com. 31. Bon
per se est desiderabile, quonia
est dispositio ad causam finalē
& causa finalis est bona. At cu
curator cognoscat esse bonu
illam habere pro vxore, quæri
& conatur.

R. huic arg. Philos. 12. Metaph. c
52. quod bonum est duplex.

Alterum ordinatum, & de hoc va
let ratio: Alterum est inordina
tum, & de hoc non valet ratio
Idcirco in nostro proposito, n
reperitur inter curatorē, & pu
pillā ordo. Nā deficit æqualita
& deficiente æqualitate, defic
etiam

etiã ordo,& nùptię ordinẽ quęrunt. Et hoc modo ratio nulla.

4 Contra,quòd sit ordo.

Vbi datur finis, ibi datur ordo. At curator habet finem hunc,vt copuletur maritaliter cũ pupilla. Igitur ordinem habet. Nam disponit omnia loquutione,seruitute,obsequio,& similibus.

R. Aristo. 12. Diui. c. 52. Quod in omnibus entibus est ordo, sed non eodem modo. Nam alius est ordo iustitiæ,quæ vnicuique tribuit id quod is conuenit, & decet,& per consequens. Alius est iuris vetus, ordo iniquitatis, & fraudis,& in isto ordine nullus est finis,sed fraus. Iste ordo dicitur esse in tutore, & curatore,quærente pupillam in vxorẽ. Ideo finis erit malus.

5 Contra,quòd sit ordo iustitiæ.

Arist. 8. Phy. t. c. 15. A natura nihil est inordinatum: At tutor,& curator natura inclinatur in pupillam,vt in vxorem accipiat. Igitur ordo erit ordinatus. Nã natura semper ad melius, & perfectius tendit.

R. Commentator in Glossa, quòd natura,vt in pluribus semper ad meliora tendit: Tamen in paucioribus tendit ad ea quæ sunt extra ordinem.

R. etiam in natura bene instituta, & regulata valet, non in natura, male affecta. Hoc modo non valet in tutore, & curatore, qui ex natura male affecta, vel libidine, vel vtilitate bonorum.

6 Contra, quòd natura non sit male affecta.

Tutor amat seipsum,& amat pupillam. Igitur est bene affectus.

R. quòd affectio est duplex, vt inquit Arist. 3. de Anima si.

Altera pura, }
Altera impura, }

Affectio pura,& bona, & hoc modo argumentum valet.

Altera est impura,& de hoc nõ currit argumentum. Responsio est Philo. 5. Diuino. com. 1. Bonum & largitas dicũt bonum verum: at in tutore deficit largitas. Ideo non est bonum. Ideo ad instructionem dicit Philo. magnus in lib. Destructio. Destructio. Disputa. prima in solutio. x1. dubij. Ordo vniuersi destrueretur si vnus ex celestibus motibus deficeret, vel cessaret in motione. Ratio,quia nullus istorum motuum est sine necesse esse. Aut sine bene esse. Idcircum multa deficiant inter curatorem, & pupillam, non debet fieri matrimonium.

Hæc pro præsenti.

CONCL. XXVII.

De Curatoribus, & Tutoribus suspectis.

Pro intellectu suspitionis, obseruo tria.
Primum quid suspitio,
Secundum quotuplex,
Tertium quis suspectus.
Quo ad primum. Suspitio est cognitio cũ opinione, & ambiguitatẽ de aliquo facto, vel dicto, ex signis precedẽtibus. Vnde suspitio nõ habet verã sciam, nõ hẽt verã sciam, qa caret vera entitate: caret vera entitate: quoniã obiectũ est ĩcertũ: Est incertũ, quia diuersa significare potest. Hinc Aristoteles ex suspitione nullam facit demõstrationem: Iudex nullam cõclusionem: Princeps nullã determinationem, & Imperator nullam condemnationẽ. Hæc pro primo.
Quo ad secundum dico, quod suspitio est quadruplex, Scilicet.

Temeraria, Probabilis, Vehemens, & Violenta, } Suspitio.

Temeraria caret causa,
Probabilis, dubiã habet causã.
Vehemens habet causam, &
Violẽta in facto ostẽdit causã.
Temeraria est stultorum.
Probabilis imprudentium.
Vehemens expertorum.
Violenta sapientum.
Temeraria est sine tempore.
Probabilis in minimo temporis
Vehemens cum tempore, &
Violenta cũ tẽporis apparẽtia
Temeraria est sine loci consideratione.
Probabilis cum loci indeterminatione.
Vehemẽs est loci signatiõe, &
Violẽta ex loci demõstratione
Temeraria nullũ habet factũ.
Probabilis aliquid habet facti
Vehemens tenet factum, &
Violẽta flagrãs habet factum
Temeraria est contra legem.
Probabilis, sine vera lege.
Vehemens cum lege, &
Violẽta, cum probatione legi.

Teme-

Temeraria Principis Tyranni est.
Probabilis Principis inscientis est.
Vehemẽs Principis iusti est, et
Violenta, Principis optimi est.
Temeraria regnum ruit.
Probabilis, Regnum turbat.
Vehemens Regnum munit, &
Violenta, Regnum purgat.
Temeraria est à Diabolo,
Probabilis cum iniquo.
Vehemens cum bono, &
Violenta cum Angelo.

Hæc de secundo.

Quo ad tertium scire oportet, quod suspitio criminis pendet, & consideratur quo ad suam causam materialẽ, &
Originalem,
Efficientem,
Producentem,
Rationalem, &
Decidentem,

Causa originalis dicitur esse bonorũ cõsumatio, diminutio, & negligentia,
Efficiens est tutor, & curator malus, iniquus, & iners.
Producens, est accusator de cõsumatione, diminutione, & negligentia.
Rationalis, sunt ostensiones in facto consumationis, et alio.
Decidens, est Prætor: Vel Proconsul, aut Principis Iudex ordinatus.

Vlterius.

In causa originali apparet pupilli damnificatio.
In efficiente tutoris iniqua administratio.
In producente tutoris cara dilectio.
In rationali, accusationis testificatio, &
In decidente iusta defensio.

Vlterius,

Per causam originalem remouetur Curator ab administratione.
Per efficientem fit de administratione, infamis,
Per producentem, apparet administrationis culpa,
Per rationalem administrationis, ostenditur veritas, &
Per decidentem, Principis, et Magistratus datur necessaria administrãti calamitas.

Hæc de tertio.

EXA-

EXAMEN.

In quo probatur, quòd Mulier non possit accusare.

ARG. I.

LEx 1.& 2.ff.de accusa.prohibet mulieres posse accusare. Ratio ex l.maritus C.de procura. Ne cōtra pudorem sexui muliebri maxime congruētem, virorum cœtibus immisceantur.

R.quòd mulier consi.dupli.
Vel vt in se est,
Vel vt est iurans,

Si consideretur, vt in se est non admittitur propter naturæ infirmitatem, cum possit decipi. Vel vt iurat se ex pietate moueri. Et hoc modo nō solum mater, sed amita, & consobrina admittitur in accusatione. Immo in iuramēto Iudex remitteret matri authoritatem. Nam licet sit in arbitrio Iudicis determinare an iste dicatur suspectus nec ne: Nō est tamen sacramentum in Iudicis arbitrio postquàm præstitum est. Idcirco oportet ad iurantis dictum determinare.

2 Contra, quòd non debet admitti ratione iuramenti. Mulier pōt falsum iurare. Igitur admitti nō debet. Patet, quoniam multi peierant.

R.ꝙ id non valet: Potest.n.falsum iurare. Igitur de facto iurat. Aristo. negat consequentiā a posse ad esse. Idcirco cōceditur quòd mulier, vt mater, mendaciū dicere possit: Tamē in causa filij, nō potest iudicari, in hoc casu.

3 Cōtra, quòd de facto falsū iuret. Potentia, & actus sunt relatiua: Relatiua sunt simul: Modo si mulier potest falsum dicere, & de facto dicet falsum.

R.quòd relatiua sunt ī duplici gradu. Nam alia sunt relatiua quæ fundantur in potentijs naturalibus, in quibus actus a potētia nō separatur, vt patet de Sole, & de igne. Nam ignis non solū potest vrere, sed statim, vt pōt vrit, sic sol statim, vt pōt illuminare, illustrat, & illuminat, & de ijs id currit: alia sunt relatiua quę fundantur in potentijs voluntarijs & de ijs nō currit ratio. Hinc licet possim ego occidere, tamen ab homicidio desisto, cū sit pessimum: Ita dico de muliere, licet possit falsum dicere, tamen se abstinet, quia libera.

4 Contra, ꝙ nō possit se abstinere. Obiectum mouens necessario mulierem, mulier necessario operatur actum motionis: at iuramētum mulierē necessario mouet. Igitur necessario iurabit, & falsum. Minor est Arist. 9. Diui. com.2. Potentia passiua est principium transmutationis ab ali-

inquantum aliud: at mulier est principium passiuum respectu obiecti, quod est iuramentum. Igitur transmutabitur necessario, cum actiuũ passiuo praesēt in vigore. Igitur iurabit.

R. quòd obiectũ in potentia voluntaria dupliciter consid.

Vel quo ad receptionem.

Vel quo ad executionem,

Si consideretur quo ad receptionẽ, dico quòd potentia est passiua, & ab obiecto mouetur, & hoc modo argumentum currit.

Si vero consideretur quo ad executionem, dico quòd potentia est actiua, & tunc nõ agit, nec actũ falsi necessario producit. Et hoc modo argumẽtum nullum est.

5 Contra quod necessario exequatur actum.

Mulier iurat verum, ergo necessario, & falsum iurabit. Probo con seq. ex Arist. 9. Diui. tex. com. 3. vbi inquit. Potentiae rõnales agunt duo contraria simul. Exẽplum affert de medicina. Nam cum sit potentia factiua, & medicatiua sanitatis, & aegritudinis. Reddit rationem, quoniam scientia contrariorum eadẽ est. Igitur si mulier verum iurat, & falsum necessario iurabit.

R. quòd potentiam eandẽ esse contrariorum, stat dupliciter.

Vel eodem modo, }
Vel diuerso modo, }

Si eodem modo, dico quod argumentum peccat, cum oppositorum, oppositae sint differẽtiae, & scientiae: Si diuerso modo concedo, quod eadem sciẽtia in genere sit oppositorum, non autẽ in specie. Et quando dicitur, quod duo contraria agunt simul.

R. quòd simul dupl. consideratur.

Vel vt dicit instãs, & hoc modo est impossibile, vel vt dicit successionem, & hoc modo concedatur ratio. Nam ex introductione sanitatis simul. i. successiue infirmitas recedit: vel statim expellitur. Ita dicimus, quòd sicuti potentia rõnalis põt in iuramentum verum, simul. i. statim potest in falsum, sed non sequitur de facto.

6 Contra, quòd etiam in eodẽ instanti vtrumque operetur.

In illa quantitate quae habet partes diuersas, diuersa, & contraria simul operari possunt: At instans est quantitas in qua partes sunt multae, & variae: Igitur. Maior patet, vt in tabula, & lapide, in quibus ex partibus diuersis, diuersa, & opposita pinguntur, & sculpuntur. Minorem probo. D. Arist. 8. Phys. t. com. x1. Instans facit tempus: Non est sine tempore, & est finis praeteriti, & principium futuri: At vbi principium, & finis, ibi medium. Igitur cum principium sit aliud a medio,

medio,& a fine, sequitur quantitatis esse diuersas partes,& per consequens diuersa operari pos se. Ideo mulier simul verum,& falsum dicet.

R. Philo.6. Phys.t.com. 24. & 4. Phys.t.com.12. Quod instans dupliciter consideratur.

Vel quo ad essentiam,
Vel quo ad rationem.

Si consideretur quo ad essentiā, & suā naturam,dicit quòd est indiuisibile, quoniam semper vnitū est,& inseparabile ipsi tempori. Hinc 6.Phy si.com.74.ait.In instanti non esse motum, nequ quietem: Si vero consideretur quo ad rationem, & intelligentiam, dico quod est diuisibile Nam intellectus facit instans signatum in tempore,vt etiam facit horas,& medias horas.Aliu dicunt, quòd secundū subiectū in quo est,est indiuisibile: Diuisibile tamen secundum acciden .i.per rationem.

Hæc pro præsenti examine.



INDEX EORVM
QVAE CONTINENTVR
IN CONCLVSIONIBVS,
& examinibus operis.

P De-

Linea

Produ-

FINIS.

